

## TRES QUAESTIONES INÉDITAS DE GUIDO TERRENA SOBRE LOS TRASCENDENTALES

Desgraciadamente, desde que el padre Xiberta murió hace unos años, se ha hecho muy poco sobre la edición y estudio de las obras del maestro catalán Guido Terrena. Por lo tanto, el propósito principal de este artículo es llamar la atención de los eruditos sobre el material tan interesante que queda todavía por explorar con respecto a este escolástico del siglo XIV.

Con esta intención he seleccionado tres *quaestiones* sobre el tema de los trascendentales: principalmente el ser, la unidad y el bien, ya que la verdad no recibe tratamiento especial y aparte en los textos guidonianos. Además, no he tratado de producir una edición crítica y definitiva, sino más bien un texto aceptable que muestre el valor filosófico del pensamiento de Guido en este punto y que sirva para conducir al erudito en los primeros pasos de su estudio.

El manuscrito que uso (Biblioteca del Vaticano, Borghese 39, ff. 14 r - 241 v), originario de Avignon, donde estaba ya en 1369, ha sido ampliamente descrito por el P. Xiberta en su monografía titulada *Guil Terrena, Carmelita de Perpinyà* (Barcelona, 1932), p. 37. Es el único que nos queda, aunque se conservan varias reproducciones de diferentes *quaestiones* en otros manuscritos. La fecha aproximada del manuscrito cae entre 1318 y 1369. Por otro lado, sabemos por seguro que las *quaestiones* que contiene fueron escritas entre 1313, año en que empieza su magisterio en París, y 1318, la fecha de su nominación como prior provincial de Provenza y prior general de los Carmelitas.

El manuscrito es de letra bastante legible y clara, con pocas abreviaturas a pesar de su fecha tardía, pero está plagado de lagunas, repeticiones, homoteleuta y errores gramaticales. Lo he copiado fielmente aunque he tratado de subsanar algunos errores. Muchas

veces, sin embargo, cuando el sentido del texto está en duda, he preferido mantener la lectura del manuscrito a pesar de su apariencia errónea. Sugerencias de omisión han sido puestas entre [ ], y sugerencias de adición entre <>. Las citas han sido identificadas excepto unas pocas que me ha sido imposible localizar. Hago la transcripción de una fotocopia; no he visto el original.

Espero sinceramente que estas pocas páginas animen a un paleógrafo y latinista competente a comenzar la edición de todo este manuscrito que posee tantas joyas filosóficas de nuestro mundo hispánico medieval.

*<Quarti Quolibet Prima quaestio>:  
<Utrum> <e>ns dicat unum conceptum<sup>1</sup>*

<171 va 34> 1. An ens dicat unum conceptum communem negabilem et distribuibilem uno actu distributionis pro quo cum ente cuiuslibet generis praedicabilis.

2. *Quod non*: Primo. Per auctoritatem Porphyrii<sup>2</sup> dicentis «... si quis<sup>3</sup> omnia<sup>4</sup> entia vocet, aequivoce nuncupabit...».

3. Item, ibidem, dicit quod sola vox entis est communis diversis praedicamentis.

4. Item in ante-praedicamentis parum ante capitulum de substantia, dicit Philosophus quod «... singulum incomplexorum<sup>5</sup> aut significat substantiam<sup>6</sup> aut quantitatem...», et caetera<sup>7</sup>.

5. Item, I *Philosophorum*<sup>8</sup>, accipit Philosophus contra ponentes tantum unum esse quod ens et unum multipliciter dicuntur.

6. Et Commentator dicit, ibidem<sup>9</sup>, quod hoc est notorium.

7. Item, III *Metaphysicae*, <171 vb> in principio<sup>10</sup>, Philosophus et Commentator, ens non est secundum unum, hoc est univocum, nec est aequivocum per Commentator, sed ad unum, hoc est analogum. Et confirmatus auctoritas sic: quod ens dicitur de substantia et accidentibus,

<sup>1</sup> Título al margen de tabla, fol. 195va9.

<sup>2</sup> Porfirio, *Isagoge*, trad. Boecio, ed. L. MINIO-PALUELLO, *Aristoteles Latinus*, I, 6-7 (Bruges-París, 1966), 12.

<sup>3</sup> Manuscrito lee *quid*.

<sup>4</sup> Texto de Porfirio lee *omnia quid entia*.

<sup>5</sup> Texto de Aristóteles omite *incomplexorum*.

<sup>6</sup> Texto de Aristóteles lee *substantiam significat*.

<sup>7</sup> Aristóteles. *De decem praedicamentis o Categoriae*, c. 4, 1b25; ed. cit. de Minio-Paluello, I, 1-5 (1961), 6.

<sup>8</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, A, c. 9, 992a7. Ed. en Averroes, *In Metaphysicam*, 8 (Venecia, 1574), fol. 23rb. Ver también el texto de Averroes, fol. 23va.

<sup>9</sup> Averroes, *In Metaphysicam*, I, s. 3, c. 4, com. 41. Ed. cit., fol. 23va.

<sup>10</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Γ, c. 2, 1003a32. Ed. cit., fol. 64vb. Ver también el texto de Averroes, fol. 65rb.

sicut sanum de sanitate in animali, et urina, et dieta. Sed certum est quod sanum non dicit aliquid conceptum communem sanitati et urine, ergo . . . , et caetera.

8. Item, VIII *Metaphysicae*<sup>11</sup>, dicit Philosophus quod ens est statim id quod est et non descendit in genera per diversas differentias quas exceptat, per quas descendit in entia inferiora. Sed si haberet conceptum communem, et non descenderet statim ex se, sed per dictam contrahentem ipsum ad inferiora.

9. Item dicit, ibidem, Commentator, commento octavo<sup>12</sup>, quod ens significat quodlibet praedicamentorum sine medio, non sicut animal hominem. Ergo per eum ens non dicit intentionem communem decem generibus.

10. Item, si sic, cum nec sit genus per Philosophus, III *Metaphysicae*<sup>13</sup>, «nec est aliquid aliorum universalium» certa est. Ergo sequitur quod esse verum universale.

11. Item per rationes: Nullum commune ex se determinatur ad aliquid ad quod est commune, quia commune in hoc quod tale est in differens ad quae est commune, sed nihil indifferens ad aliqua extra se est ratio determinandi ad illa. Ergo si ens est commune ad substantiam et accidens, ad Deum et creaturam, addendi descendit in singula. Sed id quod est additum enti non potest esse ens, ergo est non ens et per consequens nihil. Ex quo sequentur multa absurdita. Et manifestum est cum ista decem communia, scilicet decem praedicamenta, inter se formaliter distingantur, et eadem materia Deus et creatura cum convenienter in uno conceptu reali entis qui substantialiter et in quid praedicatur de eis, quod omnia ista erunt species respectu entis et non generalissima.

12. Secundo. Quid est illud per quod descendit commune ad aliqua distincta, formaliter sit intellectus in illis in quibus descendit tamquam formale in illis. Sequitur quod omne praedicamentum et etiam Deus componantur essentialiter ex<sup>14</sup> aliqua et<sup>15</sup> nulla, et quod distingantur formaliter per nihil. Istud argumentum in se sit sub alia forma sic: si ens sit commune cum commune potentialiter respiciat sua inferiora, et nulla potentia passiva ducit se ipsam de potentia ad actum<sup>16</sup>. Ergo ad hoc quod determinetur ad aliquod eorum actu, hoc erit peradditum, et illud <172 ra> additum est non ens ut deductum est.

13. Item, omne communius alio est simplicius et prius eo. Si ergo ens sit commune Deo et creaturis sequeretur quod aliquid esset simplicius et prius Deo, cuius contrarium probat Philosophus XII <*Meta-*

<sup>11</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, H, c. 6, 1045b1. Ed. cit., fol. 224va.

<sup>12</sup> Averroes, *In Metaphysicam*, VIII, s. 1, c. 4, com. 8. Ed. cit., fol. 257va.

<sup>13</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, B, c. 3, 998b15. Ed. cit., fol. 48ra-b.

<sup>14</sup> Manuscrito repite *ex*.

<sup>15</sup> et aparece entre líneas.

<sup>16</sup> Avicena, *De anima*, V, c. 5, ed. en *Opera Philosophica* (Venecia, 1508), folio 25rb.

*physicae*><sup>17</sup>, ubi probat quod Deus est actus purus sine omni compositione.

14. Item, capio illum conceptum communem entis, quaero an est absolutus vel relativus. Si absolutus, ergo non probatur de relatione, quia conceptus absolutus et relativus se ipsis distinguuntur ex subiecto. Nec relativus, quia tunc non praedicaretur de absoluto. Nec potest dici quod est aliquis conceptus tertius quoniam omnis conceptus nihil est ad se tantum. Ita quod non respicit aliquid extrinsecum vel respicit extrinsecum. Si primo modo, est absolutus. Si secundo modo, est relativus. Item quaero de illo conceptu aut est absolutus aut non absolutus. Si absolutus, tunc, ut prius, non probatur de relativo. Si non est absolutus, ergo non probatur de absoluto.

15. Item, I *Posteriorum*<sup>18</sup>, vult Philosophus quod haec sit immediata: Nulla quantitas est qualitas. Sed si ens sit commune tunc esset mediata.

16. Item, nihil per illud idem convenit cum aliquo et distinguitur ab eodem. Et ideo, quia omnes species eiusdem generis convenient in ratione communi generis qui essentialiter praedicatur de eis, et cum haec differunt formaliter inter se, ideo necesse est in omni specie ponere duo principia: Unum in quo convenient, et aliud in quo distinguitur. Et ideo, secundum intentionem Philosophi, V et IV *Metaphysicae*<sup>19</sup>, species sunt differentes et non diversae, ergo ex quo quantitate et qualitate convenient in ente parte. Et certum est quod distinguntur formaliter. Ergo oportet ponere in qualitate et quantitate aliquid per quod formaliter distinguntur. Illud aliud non potest esse ens sicut prius, ergo nihil.

17. Item propter eadem motiva propter quae aliqui ponunt ens dicere conceptum communem substantiae et accidenti, Deo et creaturae, oportebit eos ponere quod dicat conceptum communem enti reali et enti rationis. Si istud ultimum, est impossibile quoniam ex <eo> sequitur quod unum contradictione oppositorum verificatur de alio, nam capio ens in tota sui communitate ad ens reale et ens rationis, omnis unus conceptus unico actu negationis negari potest. Ergo sic dicendo non ens negatur ens pro quocumque suo supposito. Ex quo sequitur quod ens et non <172 rb> ens, sic accepta, contradicunt contradictione quae invenitur in incomplexis, sed de non ente, sic accepto, verificatur ens. Probo, quia de sic non ente potest intellectus ratiocinari, et per consequens est in anima. Negationes enim sunt entia in anima per Philosophum, IV *Metaphysicae*<sup>20</sup>, ergo..., et caetera.

<sup>17</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Δ, c. 6, 1071b15. Ed. cit., fol. 314rb y siguientes. Ver también el texto de Averroes, fol. 315ra.

<sup>18</sup> Aristóteles, *Analytica Posteriora*, I, c. 22, 83a36. Ed. L. MINIO-PALUELLO, *Aristoteles Latinus*, IV, 3 (Bruges-París, 1953), 37. En la trad. de Roberto Grosseteste, *In Aristotelis Peripateticorum Principis Posteriorum Analetorum Librum*, ed. PÁNFILO MONTANO (Venecia, 1514), fol. 17va.

<sup>19</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Δ, c. 10, 1018a15. Ed. cit., fol. 119ra.

<sup>20</sup> Ibid., Γ, c. 1004a10, fol. 68rb.

18. *Ad oppositum*: Primo. Per illud idem quod ad aliam partem Porphyrius dicit: «... si quis omnia entia vocet ...», et caetera. Haec propositio esset falsa nisi intelligat quod fiat distributio pro omnibus entibus simul.

19. Et eodem modo arguo de auctoritate Philosophi, III *Philosophorum*<sup>21</sup>, ubi probat quod ens non est genus quia non habet differentiam extra cuius intellectum est, nam haec esset falsa nisi ens accipetur secundum conceptum communem.

20. Item, I *Philosophiae*<sup>22</sup>, Philosophus deducit parum est idem qua ponunt tantum unum esse ad hoc inconveniens quod non ens est ens, quod non esset inconveniens nisi ens differet conceptum communem.

21. Item, II *Metaphysicae*<sup>23</sup>, dicit Philosophus quod unumquodque vero maxime ipsorum aliorum secundum quod et aliis omni est univoco. Et ponit exemplum de igne. Quia enim ignis est causa caliditatis<sup>24</sup> aliorum, et calor univoce dicitur de igne et de aliis. Ex hoc sequitur quod ignis est calidissimus. Sic arguit, ibi, Philosophus. Ex quo primum ens est causa omnium aliorum cum hoc supponendo, quod ens univoce dicitur, aliter non valeret argumentum, sicut patet de sole et calore. Et ideo hic ponit in textu, ex quo infert quod prima entia sunt verissima.

22. Item licet eadem res sub alio et alio conceptu posset mihi esse certa et dubia, tamen quod idem secundum eundem conceptum indivisibilem sit simul mihi dubium et certum, hoc implicat contradictionem sed alias potest dubitare de aliquo: Utrum sit accidentis vel substantia; similiter, utrum sit Deus vel creatura, sicut fecerunt antiqui philosophi de igne<sup>25</sup>. Et tamen tam isti quam illi certi sunt. Et fuerunt quod quantitas est ens et quod ignis est ens. Ergo alium conceptum habuerunt de ente, et alium de substantia et accidente. Et eodem modo de Deo et creatura dicitur hinc quod conceptus certus fuit eis huius disiuncti est substantia vel accidentis. Et de igne quod est substantia creata vel in-creata. Contra mistico notum fuit de quantitate quod fuit ens quam <ignis><sup>26</sup>. Et tamen <172 va> ignora hic distincte substantia vel accidentis quia neutram partem cognovit. Item hoc modo concedit propositum nam illud distinctum dicit unum conceptum communem utrique parti divisim, et convertitur cum conceptu entis quia nullus conceptus disiunctus ex partibus entis est conveniens ente. Item hoc propositio ‘Substantia est perfectione accidenti esset falsa. <Ergo><sup>27</sup> ens utroque significet conceptum substantiae sine utroque accidente sive in potentia substantiae et in secunda accidentis, sive in potentia accidentis et in

<sup>21</sup> Ibid., B, c. 3, 998b15, fol. 48ra-b. Ver también el texto de Averroes, fol. 49ra.

<sup>22</sup> Ibid., A, c. 6, 987b25, fol. 6vb.

<sup>23</sup> Ibid., α, c. 1, 993b22, fol. 29vb.

<sup>24</sup> Manuscrito lee *causalitate*.

<sup>25</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, A, c. 3, 984a7. Ed. cit., fol. 3va.

<sup>26</sup> Manuscrito presenta una laguna.

<sup>27</sup> Manuscrito presenta una laguna.

secunda substantiae, cum pluribus modis non possit variari. Ergo oportet dicere, cum ista propositio sit vera per Philosophus, VII *Metaphysicae*<sup>28</sup>, quod ens dicat conceptum communem substantiae et accidenti.

23. Diceret idem argumentum contra te qui ponis omnes univoce quoniam si univoce de substantia et accidente, aequaliter respicit substantiam sicut accidens, et per consequens non perfectius erit substantia ens quam accidens.

24. *Respondeo*, dato quod esset ens univoce dictum, quod haec est falsa: Omnis conceptus univocus aequaliter et tam perfecte respicit sua contenta; sed hoc solum habet veritatem in specie activa in qua una species est perfectione alia, alia non solum secundum se, ut dicunt aliqui, sed natura generis perfectius participatur ab una specie quam ab alia, ex X *Metaphysicae*<sup>29</sup>: In unoquoque genere entium primum perfectissimum . . . , et caetera. Et ideo haec est concedenda, quod homo<sup>30</sup> est perfectius musca. Haec est certa. Ergo in aliquo est perfectius, sed non est perfectius in humanitate nec in muscatate, ergo in aliquo communi, quod non est nisi in natura animalis. Sic dico ergo, quod ens est univocum et tamen substantia est perfectius ens accidente. Dicitur rationi ultima quod ens secundum rem non dicit alium conceptum quam substantiae vel accidentis, tamen in comparatione ad intellectum nostrum dicit aliquem conceptum alterum a conceptu substantiae et accidentis.

25. Contra hoc est realiter vera: ‘substantia est perfectius ens accidente’ et haec, ex parte rei, est falsa si ens dicat vel praedicet conceptum proprium sive substantiae sive accidentis sub quacumque communicatione accipiatur, ut probatum est. Ergo ens ex parte rei non praedicat proprium conceptum substantiae nec accidentis.

26. Item, ad principale, nisi ens diceret conceptum tertium a conceptu substantiae et accidentis, Dei et creaturae, secundum proprium uniuscumque <172 vb> istorum, sequeretur quod idem esset dicere «Deus est ens» et «Deus est Deus»; similiter quod idem esset dicere quod «Deus est actus purus <et> substantia separata» et «Deus est Deus». Quia cum in Deo non sit accidens et non sit, secundum istas, aliquis conceptus communis Deo et creaturis, oportet quod unumquodque istorum praedicaret proprium conceptum de ipsis, ex quo sequitur quod omnis praedicatio de Deo est eadem cum illo ‘Deus est Deus’. Ex quo ulterius sequitur quod processus Philosophi, XII *Metaphysicae* et VIII *Philosophiae*<sup>31</sup>, esset fatuus et ridiculosus: Fatuus, quia uno probato de Deo secundum istam viam, omnia essent probata, cum tamen investigando praedicato uno a Deo per novam demonstrationem inve-

<sup>28</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Z, c. 1, 1028a10. Ed. cit., fol. 153ra. Ver también el texto de Averroes, fol. 153ra.

<sup>29</sup> Ibid., I, c. 4, 1055a10, fol. 261ra.

<sup>30</sup> Manuscrito lee *hoc*.

<sup>31</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, H, c. 6, 1045b1. Ed. cit., fol. 224bv. Ver también el texto de Averroes, fol. 225rb.

stigat aliud tamquam ad hoc ignotum. Rudiculus, quia invititur demonstrare quod nec est demonstrabile propter quod nec quia hac, scilicet, 'Deus est Deus', dicitur huic quod ex parte rei. Omnia quae dicuntur de Deo dicunt propriam substantiam et rationem deitatis, tamen quia nos non perfecte cognoscimus. Ideo diversa praedicamenta de Deo diversos conceptus dicunt per comparationem ad intellectum nostrum. Sed si alium conceptum habes de infinitate Dei et de deitate, quaero ex parte rei: Si infinitas Dei secundum modum quod tu concipis sit in Deo vel non, et eodem modo de deitate. Si sit cum parte, alium conceptum habes de deitate et infinite sequitur quod in Deo sunt isti conceptus aliquo modo distincti ex natura rei. Si non, est sicut tu concipis et extrema sic componis. Sequitur quod illa proprie quam fatis dicendo 'Deus est infinitae virtutis' falsa est, et per consequens non est demonstrabilis.

27. Ultimo ad principale, sequeretur quod primum principium et omnis propositio de mundo esset multiplex multiplici multiplicitate, quia in omni propositione ponitur esse et esse Dei totis modis quot et ens. Ens autem dicitur multiplex de decem generibus, de Deo et creatura, et sic de aliis, nec contradiceret aliquid, et nihil quae omnia sunt contra communem usum loquendi.

28. In ista materia aliqui dicunt quod ens pure aequivoce significat decem genera et est primus intellectus aequivocationis. Ita quod in comparatione ad vocem est aequivoca nam cum vox significet ad placitum non limitatur<sup>32</sup> imponens ad imponendum secundum ordinem rei. Ita quod si vox <173 ra> significet aliqua plura quam unum in re est perfectius, et ad minus perfectum non oportet quod imponatur primo ad asignificandum illud quod est perfectius, non sic alium primo significaret subiectum et deinde qualitatem.

29. Et ad quae respiciens Porphyrius dixit: «... si quis<sup>33</sup> omnia<sup>34</sup>, entia ...», et caetera<sup>35</sup>; dicunt dicenti quod licet decem genera prima aequo primo significaret ab hac voce ens tamen intrinsece est realis ordo et naturalis sicut prioris ad posterius, et per hoc solvunt.

30. Si dicatur contra eos quod Philosophus, IV *Metaphysicae*<sup>36</sup>, dicit quod ens non est omnino secundum unum nec aequivocum, sed ad unum; similiter, VII *Metaphysicae*<sup>37</sup>, dicit quod «substantia est prior accidente<sup>38</sup>, cognitione, definitione, et tempore»; dicunt quod Philosophus est artifex realis ibi, non attendens ad ordinem significationis vocis, sed ad ordinem rerum in essendo, et sic bene accedunt quod est ordo <essendi><sup>39</sup> inter decem praedicamenta.

<sup>32</sup> Manuscrito parece leer *lircuctatur*.

<sup>33</sup> Manuscrito lee *quid*.

<sup>34</sup> Texto de Porfirio lee *omnia quis entia*.

<sup>35</sup> Porfirio, *Isagoge*, ed. cit., p. 12.

<sup>36</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Γ, c. 2, 1003a34. Ed. cit., fol. 64vb.

<sup>37</sup> Ibid., Z, c. 1, 1028a30, fol. 154va. El texto de Averroes menciona «accidente», folio 154vb.

<sup>38</sup> Texto de Aristóteles omite *prior accidente* y añade *prima omnium rerum*.

<sup>39</sup> Manuscrito presenta una laguna.

31. Sed si arguatur contra eos: Intelligere sequitur esse et signum sequitur intelligere, ergo ordo in significando sequitur ordinem in essendo, ergo qualis ordo est in talibus rebus in essendo, talis est vocis in significando; dicunt et satis bene quod pro tanto intelligere sequitur esse..., et caetera, quia quod intelligitur oportet quod aliquid esse habeat vel in se, vel in suo simili, vel in contrario, quia intellectus noster est virtus passiva, ideo movetur sic.

32. Similiter significare sequitur intelligere pro tanto quia nihil aliqui significamus nisi quod aliquo modo intelligimus, tamen quod ordo in actu intelligendi sequatur semper ordinem in essendo, sic quod illud quod prime est, primo intelligatur.

33. Hoc non est verum. Prius enim intelligimus accidentia quam substantiam, I *De Anima*<sup>40</sup>, accidentia magnam partem conferunt..., et caetera. Et in rebus naturalibus convenit prius effectus quam causas. Similiter nec ordo in significando necessario consequitur ordinem in intelligendo, nam postquam res plures intelligere possum hanc rem prius vel illam pro libito in eo prius significare; sic totum est falsum quod accipitur videlicet, quod ex hoc quod aliqua res est prior in essendo vel intelligendo alia re, si vox una imponatur utriusque quod sit idem ordo in significando, significatio enim vocis ad placitum est saltim in rebus primitivis.

34. De ista opinione in quantum negat ordinem in significando ex parte vocis necessario consequi ordinem rerum in essendo vel in intelligendo, credo esse bene dictum. Sed quantum ad hoc quod ponit, quod ens nullum conceptum co~~mmun~~em dicat decem praedicamentis, non intelligo esse verum. Et contra hoc sunt rationes <opinionis><sup>41</sup> aliae; saltim videntur mihi bene concludere.

35. Alia est opinio totaliter extrema quae dicit quod est pure univocum. <173 rb> Et licet haec opinio propter rationes possit defendi, tamen propter auctoritates Porphyrii, Aristotelis, Algazelis non potest haec bene sustineri nisi negentur, quia licet Aristotelis posset glossari non tamen bene alii.

36. Ideo convenienter ponitur via media quia non est aeuivocum purum, nec purum univocum, sed analogum, tamen istam analogiam entis diversi ponunt diversimode. Quidam enim ponunt quod ens solam communitatem vocis habet, dictam<sup>42</sup> de substantia, qualitate..., et caetera sicut et 'canis' ad sua significata; non sic ens, sed primo substantiam et ex consequenti aliam. Et de hiis qui tenent istam viam, aliqui concedunt quod quaelibet propositio est distinguenda de virtute activa vocis, et inde concordant illis primae opinionis. Cum non distinguimus primum principium nec alias multas propositiones, intendo multiplici

<sup>40</sup> Aristóteles, *De anima*, I, c. 1, 402a7. Ed. F. S. CRAWFORD, *Averrois Cordubensis Commentarium Magnum in Aristotelis De Anima Libros* (Cambridge, 1953), 5.

<sup>41</sup> Manuscrito presenta una laguna.

<sup>42</sup> Manuscrito lee dictum.

aequivoce vel multiplici univoce, propter brevitatem removeri, nihil referri illae quae loquitur et illae cui loquitur ad idem intellectum. Alii qui ponunt quilibet propositionem <non> esse distinguendam nisi illam ubi ens comparatur ad suum contrarium significatum, ut si dicatur: «Quantitas est ens», «qualitas est ens», «non haec substantia est ens».

37. Contra quaero an in hac ens est substantia, an ens subiecti, ac per subiectis vel pro accidentibus. Si pro accidentibus tunc est distinguenda quod est contradictum suum. Si solum pro subiectis cum signum additum termino communi solum reducat aliquid actum pro illis pro quibus fecit impotentia non distincta. Sic dicendo omne ens <est><sup>43</sup> substantia de virtute sermonis non distinguitur nisi per suppositionem substantiae, et per consequens est vera de virtute sermonis. Ex qua sequitur tantum substantia est ens, et per consequens, accidens non est ens.

38. Praeterea. Per hanc de quolibet esse vel non esse significaretur tantum quod de quolibet substantia esse verum dicere quod est entitate substantia vel non entitate substantia, et per consequens, per primum principium non significare, quia Philosophus intendit per ipsum nec quod nos intendimus per ipsum. Contra istam viam etiam sunt multae rationes superius positae.

39. Alii ponunt analogiam entis, sed aliter. Ponunt enim quod ens dicit unum conceptum communem abstrahibilem a quocumque ente, non tamen univoce, nec etiam aequivoce, sed analogice. Sed est nomen ambiguum analogum pro tanto quia licet dicat verum conceptum tertium ab aliis contentis, tamen <173 va> fortius et perfectius salvatur in substantia quam in accidente.

40. Hanc inde tenet Algazel I *Metaphysicae*<sup>44</sup> sua, ubi pro hac<sup>45</sup> compositione ponit rationes quia<sup>46</sup> aliquae in re. [Re] superius ponuntur. Dicit, enim quod genera prima, etsi definiri non possit, tamen describi possit per notius; ens nec definiri potest, nec describi, quia nihil notius ente.

41. Similiter hoc patet per quod idem sic dicere quod actio est ens et actio est actio, nam, ut dicit, cum dixit minus quod actio et passio non sunt, verum est dicere aliquo modo, sed si diximus quod actio non est actio vel passio non est passio, hoc nequam erit credibile. Vult ergo plane quod ens dicat conceptum tertium communem praedicatum, licet non communitate perfectae univocationis, unde vocat eum «nomen ambiguum».

42. Eandem sententiam dicit Linconiensis, I *Posteriorum*<sup>47</sup>, super

<sup>43</sup> est aparece al margen del manuscrito.

<sup>44</sup> Algazel, *Metaphysica*, I, c. 1, ed. J. T. MUCKLE (Toronto, 1933), 5.

<sup>45</sup> Manuscrito añade i.

<sup>46</sup> Manuscrito lee quam.

<sup>47</sup> Roberto Grosseteste, *In Analyticam Posterioram*, I, c. 5. Ed. cit., fol. 5vb.  
El texto de Aristóteles en c. 5, 74a5.

illud capitulum «Oberramus...»<sup>48</sup>: Dicit [in]de transcendentibus quod nec sunt aequivoca nec univoca, sed universalia ambigua. Et vult dicere quod dicunt unum conceptum communem negabilem et distri- buibilem, et quod super talibus substantiis possunt fundari demonstra- tiones quorum sententiam ad praesens teneo.

43. Propter tamen rationes alias praemitto quod ens, unum, verum, bonum, et universaliter ista transcendentia non pertinent ad quiditatem rei expressam per definitionem, sed ultimum in quod resolvitur ratio quiditativa rei est genus supremum generalissimum. Et ratio huius est quia definitio, quae exprimit quiditatem rei, est ratio habens partes, quarum una habet rationem potentialis et determinabilis, ali[qu]am rationem actus et determinant<is>, ut patet VIII et VII *Metaphysicae*<sup>49</sup>. Sed enti repugnat ratio partis potentialis et determinabilis et omnino ratio partis quae cum alia constitutam<sup>50</sup> conceptum compositum, quia enti nihil potest addi nisi non ens, quod in compositione nullius rei cadit. Et ideo ens non praedicatur in quid de aliqua, quia non est definitio nec pars definitionis. Et hoc est sententia Avicennae, V *Metaphysicae* sua, capitulo sexto<sup>51</sup>, qui dicit quod numerus et color distinguunt totis quiditatibus, convenient tamen, ut dicit, in ente. Ens autem, ut dicit, non est de quiditate sed cum concomitans quiditatem quandam, sic est intelligendum non quod velit dicere quod ens unum, et huius dicant aliquam dispositionem<sup>52</sup> realem superadditam rebus, ut imponit sibi Commentator, IV *Metaphysicae*, commento tertio<sup>53</sup>, sed pro quanto non includitur per se primo modo <173 vb> in aliqua re. Unde hoc non est per se primo modo 'homo est ens' vel 'homo est unum' licet natura si- gnificata per subiectum, tamen conceptus hominis non includit entitatem sicut includit animalitatem, rationalitatem.

44. Et quod hoc sit satis ponente, probo ex intentione Commenta- toris, qui vult, ubi prius, quod ens et unum significant eandem naturam, ita quod sic dicendo 'ens homo' non est maior compositio ex parte rei quam 'homo'. Et tamen Commentator<sup>54</sup> necessario habet dicere quod hoc non est per se primo modo 'unum est ens', et per consequens non est in quiditate unius, et eadem ratione non est infra quiditatem aliarum rerum, quia hoc non est per se 'unum est ens' secundum intentionem commentuum. Probo, quoniam si sic, hoc esset numero unum ens, quod rationem negat. Certum est quod si[cut] est numero homo animalis vel homo rationalis. Et eodem modo esset si 'unum est ens' si praedicatum

<sup>48</sup> Manuscrito ilegible.

<sup>49</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Z, c. 10, 1034b20, y H, cs. 1 y 2, 1042a19 y 1042b27. Ed. cit., fols. 182vb, 210ra y 214ra. Ver también el texto de Averroes, fol. 182va-b.

<sup>50</sup> Manuscrito parece leer *contineat*.

<sup>51</sup> Avicena, *Metaphysica*, V, c. 6, ed. de Venecia (1495), fol. 90rb-va.

<sup>52</sup> Manuscrito lee *definitionem* y ha sido corregido en el margen a *dispo- sitionem*.

<sup>53</sup> Averroes, *In Metaphysicam*, IV, s. 1, c. 2, com. 3. Ed. cit., fols. 66vb y 67ra.

<sup>54</sup> Ibid., fol. 66vb.

includeretur primo modo in subiecto. Nec videlicet si dicatur quod propter hoc quod unum impartat privationem haec enim est per se primo modo 'bonum est ens' nam tunc hic esset numero bonum ens, quod negaret Commentator<sup>55</sup>.

45. Item non est verum quod unum impartet privationem in singulari, quia quaero si sit an unum solum dicat illam<sup>56</sup> privationem, scilicet, indivisionem, vel dicat in hoc tale<sup>57</sup> ens indivisum. Si detur primum, tunc falsum esset dictum Philosophi et commentatoris quod ens et unum significant<sup>58</sup> eandem naturam, quia quod non significat naturam non significat eandem naturam cum alio, et per consequens sua determinatio<sup>59</sup> solum significaretur per unum et illud est privatio, unum nullam naturam significaret, sicut nec caecitas et visio significant eandem naturam. Ita, hoc est falsa 'unum e[s]t ens significant eandem naturam', propter quod dicitur communiter quod differunt solum secundum rationem quae est actus intellectus nostri, sed accipitur ibi 'ratio' pro ratione quiditativa. Ita quod ex parte rei si deberent et possent definiri **ens**, **verum**, **bonum**, aliter definirentur **bonum**, aliter **verum**, aliter **ens**. Ita quod licet sit eadem natura omnium, illa tamen natura nata est monere ad tres conceptus reales quare nullus alium includit. Quod autem illae rationes distingantur ex natura rei, probo, quoniam aliquid ex natura rei competit bono in quantum bonum, quod non competit enti in quantum ens, nec uni in quantum unum. Cum<sup>60</sup> igitur nec ratio entis, nec ratio unius, nec boni dependeant <174 ra> formaliter ex consideratione intellectus nostri, nam tunc non essent formaliter in Deo. Ergo illa distinctio [non] est aliquo modo ex natura rei, probato modo assumpti, quoniam bonum, in quantum bonum, est primum appetibile et nec in quantum ens, nec in quantum unum. Similiter bonum formaliter opponitur malo. Similiter, ens in quantum ens, est primum obiectum adaequatum intellectio, nec tamen unum in quantum unum, nec bonum in quantum bonum. Item uni, in quantum unum, opponitur multum et tamen nec bono<sup>61</sup> in quantum bonum, nec enti, in quantum ens, opponitur multum. Istis visis, ad illorum.

46. *Ad auctoritates.* Primo ad Porphyrium. Sicut deductum est ex illa auctoritate potest deduci quod ens habeat unum conceptum communem, sicut prius deductum est ad obiectum quaestionis. Similiter, dico quod non dicit Porphyrius hoc propria auctoritate sed auctoritate Aristotelis, unde de aequivocat<ion>e in quid hoc enim Aristoteles nuncupabit. Et hoc est verum quia in libro *Philosophiae Philosophus*<sup>62</sup>,

<sup>55</sup> Ibid., com. 4, fol. 69ra. Ver tambi n el texto de X, s. 2, c. 1, com. 9, folio 258va-b.

<sup>56</sup> Manuscrito repite illam.

<sup>57</sup> Manuscrito ilegible.

<sup>58</sup> Manuscrito ilegible.

<sup>59</sup> Manuscrito ilegible.

<sup>60</sup> Manuscrito lee com.

<sup>61</sup> Manuscrito lee bonum.

<sup>62</sup> Averroes, *In Metaphysicam*, I, s. 3, c. 4, com. 46. Ed. cit., fol. 25vb.

enim artifex realis, dicit ens et unum multipliciter dici. Nec ex hoc sequitur quod sit aequivocum <in> quantum ad locum. Nota in VII *Philosophiae*<sup>63</sup> dicit de genere quod in eo latent multae aequivocationes. Et certum est quod genus habet unum conceptum. Tertio, potest dici quod sub aequivocatione comprehendit analogiam quantumcumque distinguitur contra aequivocationem quae est in genere et specie.

47. Ad aliud quod dicit Porphyrius<sup>64</sup>, quod sola vox est communis decem generibus, dicendum quod per hoc intendit excludere univocatam omnem, proprie dictam, non tamen unitatem conceptus analogi.

48. Ad illud de <ante->praedicamentis dico quod ille est intellectus singulis incomplexorum, id est, singulis de numero contentorum sub ente incompleto, vel pertinet ad genus substantiae, vel qualitatis, vel quantitatis . . . , et caetera. Cum hoc tamen stat quod ens in communi nullum eorum significet sub propria ratione secundum purum conceptum communem hoc.

49. Ad illud VII *Philosophiae*, dico quod hoc est principium: quod unum et ens multipliciter dicantur, hoc est, in multis rebus inveniuntur, quia hoc est notum subiectum. Et hoc intelligit Philosophus, ibi<sup>65</sup>, de univocatione et aequivocatione entis nisi ad intentionem suam ibi.

50. Ad illud III *Metaphysicae*, concedo quod non est genus cum Philosopho nec sequitur quod si habeat conceptum talum analogum<sup>66</sup> quod sit genus, quia ista analogia est imperfectior unitas quam unitas conceptus generis. Item non praedicatur in quid sicut definitio <174 rb> vel pars definitionis, ergo non est genus. Dicetur contra hoc: Aristoteles dicit: ibi ideo ens non est genus quia non habet differentiam extra et nominis intellectum ipsum<sup>67</sup>. Sed si non praedicetur de rebus in quid et per se primo modo, tunc est extra intellectum cuiuslibet rei, cuius contrarium dicit Philosophus ibi<sup>68</sup>. Dicendum quod intentio Philosophi non est quod ens sit de intellectu primo modo rerum, sed solum per hoc intendit probare quod non est, ergo, quia non est extra intellectum differentiae. Igitur conceptus potentialis et determinabilis est extra conceptum actus et determinantis, sicut intellectus cuiuslibet generis est extra conceptum suae differentiae. Ens enim non est determinabile per alia, sicut dictum est, nec facit compositionem realem cum aliquo, sicut genus et differentia in constitutio speciem, quae species est quodam compositum ex genere et differentia tamquam ex suis principiis et partibus inde generantibus ipsam. Unde Philosophus, VIII *Metaphysicae*<sup>69</sup>, dicit contra accedentes quod nullum simplex definitur proprie sed com-

<sup>63</sup> Averroes, *In Libros Physicorum Aristotelis*, VII, s. 4, c. 1, com. 31, ed. en *Opera omnia*, 4 (Venecia, 1562), fol. 331va.

<sup>64</sup> Porfirio, *Isagoge*, ed. cit., p. 12.

<sup>65</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Z, c. 1, 1028a10. Ed. cit., fol. 153ra-b.

<sup>66</sup> Manuscrito lee *analogom.*

<sup>67</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, B, c. 3, 998b15. Ed. cit., fol. 48ra-b.

<sup>68</sup> Ibidem.

<sup>69</sup> Averroes, *In Metaphysicam*, VIII, s. 1, c. 8, com. 16. Ed. cit., fol. 224vb.

<sup>70</sup> Manuscrito ilegible.

positum, et propter hoc ponitur quod Deus non est in genere. **E**x quibus elicio quod ex genere et differentia sit una compositio realis ex quadam actuali et potentiali, sed ens cum nullo talem compositionem facere potest. Et ista bene stant, simul quod ens primo modo et in quid non praedicatur de rebus, et tamen cum rebus non faciat compositionem, sicut probatum est. Prius ens non praedicatur per se primo modo de uno nec de bono secundum intentionem, etiam conceptum, et tam haec est nulla compositio: unum ens, nec bonum ens. Praeterea. **E**x ista auctoritate potest probari quod ens habeat unum conceptum communem, sicut deductum est.

51. Ad aliud IV *Metaphysicae*, concedo quod ens non dicitur secundum unum, hoc est univoce, sed ad unum, hoc est analogice. Ad confirmationem quod illa similitudo inter, scilicet, unum<sup>70</sup> ex una parte, et ens ex alia parte, habet addendi quantum ad hoc quod utrumque est analogum, non tantum quantum ad modum analogiae. Exemplum pono quod duo scribunt, unus bene, et alias male. Si quaeratur de uno primo quod facit, dicitur quod scribit. Postea si quaeratur quid facit alias, dicitur, convenit, quod scribit similiter; non dicit ibi similitudinem in modo intelligendi propositum, sed in substantia actus convenient, enim in actu non in modo agendi.

52. Ad illud VIII *Metaphysicae* dico quod ens pro tanto dicitur esse statim unumquodque praedicamentorum, non quia significat aliquod eorum sub propria ratione, sed quia non <174 va> descendit per differentiam sibi additam ex qua et ente constituuntur conceptus substantiae quantitatis, sicut animal per differentias sibi additas descendit in diversis speciebus ex quibus tamquam actuali et potentiali constituitur species animalis.

53. Ad auctoritatem Commentatoris, X <*Metaphysicae*>: Per idem solum intelligit quod ens non significat unum communem conceptum determinabilem per differentias per quas descendit in decem genera sicut animal, sed dicit quod significat qualitatem et substantiam..., et caetera, quia in eis descendit non per differentiam medium, sicut animal per differentias descendit in suas species.

54. Ad aliud dicendum quod non est subiectum universale quia non est univocum, proprie dictum, quae univocatio requiritur ad universalitatem de qua loquitur.

55. *Ad rationem cum dicitur quod non*<sup>71</sup>. Differentia determinandi ipsum ad illud concedo, et ulterius concedo quod ratio communis entis non est ratio determinandi intellectum ad conceptum differentiae, qualitatis, quiditatis..., et caetera. Et tamen dicitur ergo determinatur per aliud dicendum quod non per aliud intelligatur, per aliam rem vel per aliud realiter, ne <intelligatur><sup>72</sup> dico quod per aliud quia per aliud conceptum.

<sup>71</sup> Manuscrito presenta una laguna.

<sup>72</sup> Manuscrito presenta una laguna.

56. Et expono quod intelligo per alium conceptum, scilicet, qui nec est conceptus ipsius entis nec includentis conceptus entis. Primo modo dicendi per se descendit enim ens in substantiam solum per conceptum substantiae, et sic de aliis, non per aliquam differentiam determinantem ens. Circa quod sciendum est quod duplex est descensus communis in sua specialia. Unus est per differentiam determinantem commune ad eius speciales, quae differentia aliquando est formalis, sicut accidit in descensu generis in species, aliquando materialis vel individualis, et sic species individua, vel per modos, et sic descendit totum in modo in suas partes, et in<sup>73</sup> hiis modis conceptus descendens habet ratione mdeterminabilem <et><sup>74</sup> potentiale respectu alterius tamquam respectu determinantis.

57. Alius est modus descensus communis in specialia, qui apropriaatur enti in quantum transcendens, cui repugnat ratio determinabilis et potentialis quae cum alio <constitutat conceptum compositum> sicut si ex actu et potentia constituantur tertium. Et ideo, ens solum descendit in specialia, scilicet, per ipsam specialia, ut si velim determinare ens ad substantiam dicam: ens quod est substantia, et eodem modo ad quantitatem. Tunc ad formam argumenti <174 vb> quod illud quo descendit ens in substantiam est ipsam substantia quae non est additum enti, sicut res addita, nec sicut actus et potentia, sed sicut adiecta quod nec includit tales primo modo dicendi per se nec ipsum ens. Et ideo non sequitur quod illud additum sit non ens, sed tantum sequitur quod non est ens primo modo dicendi per se, quod concedo.

58. Hiis suppositis dico quod illa inconvenientia non sequitur. Primo, non sequitur quod generalissima sunt species entis quia, iam dictum est, quod ens non includitur primo modo dicendi per se in intellectu alicuius generis, nec est pars potentialis a qua accipitur ratio generis alicuius rei. Ulterius non sequitur enim quod aliquid componitur ex aliquo et nullo, nam ens non est pars integralis inclusa per se in aliquo ente, ut dictum est, et per consequens cum alio non facit compositionem. Et cum dicitur quod genera distinguentur per nihil, dicendum quod non, sed se ipsis et totis quantitatibus suis, ut dicit Avicenna<sup>75</sup>, secundum quod prius allegatum est. Et ista bene simul stant quod totis quiditatibus distinguantur, et tamen quod convenienter in aliquo quod nec est quiditas, et sic est in proposito. Et ideo argumentum quod fit de speciebus in genere non videlicet in proposito quoniam duae species communica<n>t in praedicando in quid de eis tamquam in parte potentiæ sui conceptus quod includunt per se primo modo dicendi per se. Similiter differunt formaliter per differentias tamquam per principalia, actualia, et formalia, quae principia includuntur primo modo dicendi per se. Et ideo in necessitate est ponere compositionem actus cum po-

<sup>73</sup> Manuscrito presenta una laguna.

<sup>74</sup> et aparece entre líneas.

<sup>75</sup> No he podido localizar esta cita.

tentia, quae compositio repugnat simpliciter simplicitati, simpliciter pura simplicitati divinae, non sic se habet ens respectu alicuius res sicut dictum est. Et ideo illa inconvenientia non sequuntur, quae tamen sequentur si concederetur quod ens includeretur per se primo modo in aliquam quiditatem rerum, sicut pars quiditatis, sicut conceptum de genere.

59. Ad aliud cum conceditur nihil quod est in potentia determinat se concedatur cum concedo quod ens non determinatur ad substantiam vel ad accidens per se, hoc est, per proprium conceptum, sed ad substantiam determinatur per proprium conceptum substantiae. Circa quod sciendum quod aliqua esse in potentia ad aliqua potest esse dupliciter: Uno modo quod habeat rationem potentiae materia et haec potentia determinatur per actum, ita quod actu et potentia sit aliquo modo unum compositum. Et isto modo conceptus generis est in potentia ad speciem. <175 ra> Unde genus et differentia <in> quantum ad distinctos suos conceptus, secundum Porphyrium et Boethium<sup>78</sup>, habent rationem materiae et forma actus et potentiae et secundum esse sit in potentia oportet quod per additum descendat et determinetur ad specialia. Ita quod illud additum ita distinctum a conceptu potentiali qui descendit quod extra potentiam et talis determinate fit intellectus compositus. Quae-libet enim species habeat conceptum compositum ex genere et differentia sicut substantia materialis est composita est [ex] materia et forma.

60. Alio modo conceptus dicitur materialis solum propter eius differentiam ad multa, cui tamen potentialitati repugnat potentia materiae quae est respectu alicuius formae determinatae. Et ita est potentialitas entis ex hoc quod transcendens est. Haec autem potentialitas determinatur solum per conceptus inferiores, specificando conceptum superiorem per inferiores, ut dicatur ens quod est supra ens quod est quantitas, et sic de aliis. Illud per quod descendit talis conceptus communis non est additum sicut actus determinans respectu potentiae determinat qui cum potentia natus est facere aliquam compositionem, sed solum sic est alius, quia conceptum communem non includit primo modo dicendi per se, nec e contra.

61. Ad aliud dicendum quod hoc propositio ‘Omne communius est simplicius’ verum est de communibus praedicamentis qui pertinent ad quiditatem rerum expressam per definitionem. Universaliter enim genus quocumque est simplicius specie. Et causa unius est quia tale commune descendit per differentiam additam in speciem, quae differentia simul cum eo quod descendit includitur in speciem. Sed de ente dictum est quod non sic descendit nec pertinet ad quiditatem eius. Et ideo nihil ad propositum. Dicetur ex quo ens est conveniens Deo, cum omne conveniens prius, sequeretur quod ens esset prius Deo. Dicendum quod

<sup>78</sup> Porfirio, *Isagoge*, ed. cit., p. 23; Boecio, *Commentarium in Porphyrium*, V: PL 64, 140.

prius ad prius accipitur dupliciter: vel si prioritate essendi et creandi. Haec prioritas perfectionem dicit, et non secundum illam prioritatem. Erroneum esset concedere quod aliquid esset prius Deo. Alia est prioritas secundum quam aliquid dicitur prius a quo non convertitur subsistendi communia, et quae prioritas est per... Unde loquendo de prioritate isto modo, semper illud quod est posterius includit maiorem perfectionem quam prius. Et isto modo concedo quod aliquid est prius Deo.

62. Ad aliud cum dicitur de conceptu entis an sit absolutus vel relativus, dico quod absolutus. Et quando dicitur ulterius tunc non praedicaretur de relativo quia absolutum et relativum se ipsis distinguunt dicit quod conceptus absolutus quicumque praedicabilis contra <175 rb> relativum distinguitur realiter et per totam sui quiditatem. Nego tamen quod omnis conceptus absolutus distinguitur realiter a concepto relativo. Et ideo cum conceptus entis non sit conceptus alicuius praedicamenti ita quod ad aliquod praedicamentum pertinens, non oportet quod distingantur a relatione cum eo ipso. Quod conceptus entis est absolutus concedo, quod non praedicatur de relatione sicut quiditas vel pars quiditatis quod cum praedicetur absolutum de relativo nec, ita quod illud absolutum sit concomitans relativum non sicut pars quiditatis non est inconveniens.

63. Ad aliud I Posteriorum, dico quod haec est immediata 'nulla quantitas est qualitas' quia non habent aliquod communem pertinens ad eorum quiditatem in quo ipsa possunt resolvi sicut in principia definitionis, sed totis quiditatibus distinguitur, ut dictum est.

64. Ad aliud dicendum quod nihil per illud idem convenit cum alio in aliquo quod pertinet ad utriusque quiditatem tamquam principium intrinsecum quiditati utriusque si cum hoc detur quod differat realiter et formaliter ab alio per illud idem convenit et differt. Et super hoc sicut datur intentio Philosophi in V et in X *Metaphysicae*<sup>77</sup>, ubi dat differentiam inter<sup>78</sup> differentias et diversa. Eo ipso enim quod aliqua convenient in aliquo quod est principium quiditatis et cum hoc realiter differunt cum per idem convenient et differant, et hoc essentialiter sequitur quod talia sunt diversa alicui idem entia, et per consequens aliquo modo composita, sed differentiae ultimae quia ipsae compositionem non habent. Tertio ponit quod differentiae se ipsis sunt diversae et in nullo communicant tamquam in praedicando in quid. Si tamen aliqua convenient in tertio quod non est quiditas nec pars quiditatis, non oportet ponere in illis quae convenient in tertio aliam compositionem, nec oportet quod illud per quod distinguitur hoc ab illo sit aliud realiter ab illo uno in quo convenient, sed sufficit quod alium conceptum dicat et cum hoc quod non sit adaequate idem cum illo in quo convenient cum alio quod autem non oporteat, ut duo convenient in tertio, quod tertium

<sup>77</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Λ, c. 9, 1017b29, y I, cs. 8 y 9, 1057b35 y 1058a30. Ed. cit., fols. 118va-b, 272rb-vb y 274ra-va.

<sup>78</sup> Manuscrito lee *intra*.

non pertinet ad quiditatem illorum quod infra quiditatem illorum quae convenient in tertio sic aliqua compositio. Patet nam Deus et materia prima convenient in hoc quod est esse non homo vel non asinus et distinguuntur inter se. Ex hoc non sequitur quod in Deo sit aliqua compositio. Et tota causa est quia ista duo non convenient in tertio sicut in aliquo quod pertinet <175 va> ad quiditatem illorum. Sic hoc licet non sit in toto simile quoniam non homo dicit eamdem substantiam cum aliquo cum sit negatio, sed ens eamdem naturam praedicat cum quacumque re, licet conceptus eius non includatur primo modo dicendi per se in aliquo de mundo non videndo dicendo «hoc ens est ens» non demostrando per hoc substantiam vel alicuius alterius praedicamenti, sed totum conceptum particularem entis in communi.

65. Ad ultimum dicendum quod in actu '[non] ens est ens', accipiendo 'non ens' ut 'est negatio entis in tota su communitate', potest intelligi quod subiectum habet personalem suppositionem vel simplicem. Si personalem falsa est. Et non videlicet probatio cum dicitur hoc negatio est ens in anima et per consequens est ens quia subiectum in illa 'non ens est ens' non supponit pro alio ente sed pro non entibus et per consequens pro hac oratione 'non ens est ens non supponit'. Alio modo potest habere suppositionem simplicem et quodam modo naturalem. Ita quod ille est sensus haec negatio 'non ens' est aliquo modo ens quia ens in anima<sup>79</sup>, et hoc concedo. Sed ex hoc non sequitur quod unum contradictorie oppositorum verificatur de alio quia 'non ens' secundum suppositionem simplicem et naturalem non opponitur enti habenti suppositionem personalem.

*Quinti Quolibet Prima Quaestio:  
Utrum ens et unum convertantur<sup>1</sup>.*

<196 ral> 1. Quaerebantur quaedam in nostra quinta disputatione de quolibet: quaedam sunt communia Deo et creature, quaedam pertinentia ad Deum, quaedam pertinentia ad creaturam.

2. Circa primum quaerebantur quaedam circa ens et unum, quaedam circa liberum arbitrium, quaedam circa intellectum.

3. Circa primum quaerebatur: Utrum ens et unum convertantur.

4. Arquitur quod non: Quia quod est commune ad duo contensa<sup>2</sup> non convertitur cum uno illorum. Sed ens est commune ad unum et multa. Ergo non convertitur cum uno, sicut nec numerus cum pari vel impari.

<sup>79</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, I<sup>r</sup>, c. 2, 1004a10. Ed. cit., fol. 68rb.

<sup>1</sup> Título en la tabla, fol. 195va23.

<sup>2</sup> Quizá con intención de escribir *contenta*.

5. *Contra*: Quia passio convertitur cum eo cuius est passio. Sed unum est, secundum Avicennam, passio entis<sup>3</sup>. Ergo convertitur cum ente.

6. *Respondeo*: Quaestio ista non est de uno quod est principium numeri de genere quantitatis. De ista enim quaestione est expedita quia illud non convertitur cum ente, quia quod praecise est determinati generis vel praedicamenti per se vel per reductionem non se extendit ad res alterius generis. Unde quod est unum de genere quantitatis, non est unum de genere qualitatis vel substantiae. Ergo cum ens praedicet substantiam cuiuslibet generis eo quod se praedicatur de quibus dicitur, ergo unum, principium numeri, non convertitur cum ente.

7. Item, quod convertitur cum ente est aequalis ambitus cum ente, alias non convertibile. Si unus ambiat, <convertibile>. Sed unum de genere quantitatis non est aequalis ambitus cum ente, quod probo: Quia ens sub suo ambitu continet per identitatem omnem naturam cuiuscumque<sup>4</sup> praedicamenti. Unum autem, principium numeri de genere quantitatis, non continet etiam omnia de genere quantitatis, quia, ut patet primo quolibet, unum, principium numeri, realiter differt a continuo, vel quia omnino indivisible, tum quia causat sui additione aliam et aliam speciem quod non continuum, tum quia prius unum unitur continuo. Ergo non convertitur cum ente.

8. Praeter autem istud unum, secundum quosdam, unum dicitur uno modo quod convertitur cum ente quod dividitur in praedicamenta. Et tale unum est solum commune ad entia creata, quia, ut dicunt, ens divisum in praedicamenta solum est commune ad creativos<sup>5</sup>, cuius ratio potest esse quia ens in praedicamenta divisum solum dicitur de entibus quae sunt per se vel per reductionem in genere. Deus autem, ut nunc suppono, nec per se nec per reductionem ponitur in genere. Igitur Deus non continetur sub illa divisione entis. Unde positum ens et unum conveniens isto, scilicet, ens commune Deo et<sup>6</sup> creaturae Dei. <196 rb>

9. Istud quamvis verum sit accipiendo proprie et stricte rem generis, tamen non est secundum intentionem philosophorum. Nullibi enim Philosophus ponit ens conveniens eo quod dividit, V *Metaphysicae*<sup>7</sup>, quod dividit in decem praedicamenta. Item ipse Primum Motorem ponit sub uno membro entis divisi in substantiam et accidentia, quia ponit quod est substantia uniens sapiens et Augustinus, V *De Trinitate*<sup>8</sup>, et ita non potentia, secundum eos, conveniens unum quam ad quod pro-

<sup>3</sup> Avicena, *Metaphysica*, III, cs. 1 y 4. Ver también el texto de Averroes, *In Metaphysicam*, X, s. 1, c. 4, com. 8. Ed. cit., fol. 257rb.

<sup>4</sup> Manuscrito añade *pari*, quizá tachado, posiblemente con la frustrada intención de escribir *praedicamenti*, que es la palabra que sigue.

<sup>5</sup> Quizá con intención de escribir *creatos*.

<sup>6</sup> Manuscrito corrige *ens* a *et*.

<sup>7</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Δ, c. 28, 1024a30. Ed. cit., fol. 140rb. Ver también el texto de Averroes, fol. 140vb.

<sup>8</sup> Agustín, *De Trinitate*, V, c. 2. Ed. W. J. MOUNTAIN, «Corpus Christianorum Scriptorum Latinorum» (1968), 207: PL 42, 912.

batur idem cum ente, IV *Metaphysicae*<sup>9</sup>. Et constat quod Philosophus ibi ponit ens quod est substantia et accidentis quod est ens quia entis. Et ita non est conveniens, secundum Philosophum, ens vel unum, quod cunditur<sup>10</sup> in decem categorias, et Deus sub nomine substantiae continetur. Unde est intelligendum quod Philosophus large accipit ibi 'praedamenta', sive pro re praedicabili, sive pro re habente similitudinem cum re praedicabili. Commentator, V *Metaphysicae*<sup>11</sup>, dicit quod etiam substantia non est genus secundum analogum. Et ita sicut Boethius dicit, libro *De Trinitate*<sup>12</sup>, quod duo praedicamenta manent in divisis, scilicet substantia et relatio, ubi accipit 'praedicamentum' non proprie sed pro similitudine praedicamenti, quia est ibi absolutum ad se et per se ens et aliquid, sicut est praedicamentum substantiae in creaturis, sic Philosophus ens commune dividit in decem praedicamenta tam pro re proprie entis praedicamenti vel pro re entis ad modum veri praedicamenti<sup>13</sup>.

10. Quo supposito, quod hoc sit ens commune cui correspondet unum, est inquirendum: Primo, quomodo se habet hoc unum ad ens; secundo, quomodo se habet ad multa; tertio, propositum.

11. Circa primum est intelligendum quod Commentator, IV *Metaphysicae*, commento tertio et quarto<sup>14</sup> imponat Avicennae posuit unum addere supra ens dispositionem accidentalem superadditam, sicut est dispositio in albo et nigro. Sed consideranti verba, patet quod Commentator non dicit verum, III *Metaphysicae*, commento tertio<sup>15</sup>, quod unum in substantia non est unum accidentis, et quod unum est esse quod non dividitur, ita quod est esse de essentia unitatis et non est subiectum ei. Igitur secundum Avicennam essentialiter esse et unum idem, sed differunt sola intentione<sup>16</sup>. Ita quod eodem modo quo Aristoteles ponit quod ens et unum dicunt unam rem, sic et Avicenna, sed vocat quod intentio unius est accidentis quia ratio unius non est ratio entis, sicut si dicerem quod genus accidit differentiae, vel econverso. Ratio enim entis est esse; ratio autem unius est ratio indivisibilis, ubi Commentator, IV *Metaphysicae*, commento tertio<sup>17</sup>: «... unum significat ex eo negationem, et est privatio divisibilitatis». Et Philosophus X *Metaphysicae*<sup>18</sup>,

<sup>9</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Γ, c. 2, 1003b23 y 1003a34. Ed. cit., fols. 66va y 65ra.

<sup>10</sup> Quizá con intención de escribir dividitur.

<sup>11</sup> Averroes, *In Metaphysicam*, V, s. 1, c. 8, com. 15. Ed. cit., fol. 118ra-b. Ver también el texto de VII, s. 2, c. 16, com. 52, fol. 201rb. El texto comentado de Aristóteles es Δ, c. 8, 1017b10, fols. 117vb-118ra.

<sup>12</sup> Boecio, *De Trinitate*, c. 4. Ed. Loes, Classical Library (London, 1962), 18. Ver también los textos de los cs. 4, 5 y 6, pp. 22-24 y 28.

<sup>13</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Λ, cs. 7 y 28, 1017a24 y 1024a30. Ed. cit., fols. 116va y 140rb.

<sup>14</sup> Averroes, *In Metaphysicam*, IV, s. 1, c. 2, coms. 3 y 4. Ed. cit., fol. 67ra.

<sup>15</sup> Ibid., III, s. 2, c. 5, com. 16, fol. 58ra.

<sup>16</sup> Avicena, *Metaphysica*, III, c. 2, y VII, c. 1. Ver también el texto de Averroes, *In Metaphysicam*, X, s. 1, c. 4, com. 8. Ed. cit., fol. 257rb.

<sup>17</sup> Averroes, *In Metaphysicam*, IV, s. 1, c. 2, com. 3. Ed. cit., fol. 67ra.

<sup>18</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, I, c. 2, 1053b24. Ed. cit., fol. 256ra. Ver también el texto de Averroes, fol. 257va.

propter quod verum esse indivisibili est esse. Ita quod unum non dicit aliquam<sup>19</sup> <196 va> rem supra ens, sic quod sit dispositio addita supra ens; immo sunt una res; quod probat Philosophus, IV *Metaphysicae*<sup>20</sup>, quod eadem generatione generantur homo et unus homo. Et ibidem et IV *Metaphysicae*<sup>21</sup> probat per hoc quod ‘unus homo’ non praedicat aliud ab homine; non enim alia re est homo ens indivisum in se nisi per suam propriam entitatem. Ideo per eandem rem et naturam est ens et unum. Quod etiam probat Commentator per hoc quod si per aliud esset unum quaeram de illo per quid, et sic in infinitum; igitur standum in primo<sup>22</sup>.

12. Item, ut hoc probat Philosophus per hoc quia esse rei est esse in sui indivisionem et eius corruptio per divisionem<sup>23</sup>, ut per unitatem et indivisionem materiae cum forma res est, sicut dicit Boethius, *De Unitate et Uno*<sup>24</sup>. Ideo res se ipsa est una sicut et ens. Igitur unum non dicit aliam rem quam ens, sed dicit aliam rationem, quia indivisionem, haec parentia divisionis quae est via ad [non]<sup>25</sup> esse, ut dictum est. Unde secundum Boethium quaelibet res sicut appetit esse ita appetit indivisionem, quia per divisionem et dissolutionem perdit suum esse<sup>26</sup>.

13. Ex quo ulterius patet quod negatio qua dicit unum realiter dicit perfectionem quia dicit parentiam corruptionis et non esse. Igitur unum comparatur ad ens ut idem re, aliud tamen ratione, quia supra esse addit rationem indivisionis, et sic ratione differunt in tantum quod, secundum aliquos, differt ratione ex natura rei sic quod ens quiditative et essentialiter non praedicatur de uno, quod probant quia unum est passio entis. Subiectum autem non est de per se et quidativo intellectu passionis, immo ponitur ut additamentum in definitione passionis. Unde secundum Philosophum, I *Posteriorum*<sup>27</sup>, praedications per se non convertuntur, ita quod si praedicatum dicitur per se de subiecto, sed per accidens de praedicato. Ergo cum ista sit per se in secundo modo ‘ens est unum’, ista non erit per se ‘ens est unum’, et ita ens de uno praedicatur per se et quiditative.

14. Praeterea. Ens quiditative non dividitur nisi in decem praedamenta. Ergo si unum includit ens quiditative, continetur sub aliquo istorum; sed non ex se ens increatum cum conveniat entibus creatis,

<sup>19</sup> Manuscrito repite *non dicit aliquam*.

<sup>20</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Γ, c. 2, 1003b24. Ed. cit., fol. 66va. El texto de Averroes se parece más al de Guido, sin embargo; ver fol. 66vb.

<sup>21</sup> Ibidem.

<sup>22</sup> Averroes, *In Metaphysicam*, IV, s. 1, c. 2, com. 3. Ed. cit., fol. 67va.

<sup>23</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, B, c. 4, 1000b25. Ed. cit., fol. 54va-b.

<sup>24</sup> El autor de esta obra no es Boecio, sino Domingo González. Ed. P. Correns en BGPM, ed. C. BAEUMAKER, 1 (Münster, 1891), 3-4.

<sup>25</sup> El texto no tiene sentido si se preserva *non*.

<sup>26</sup> Domingo González, *De unitate et uno*, ed. cit., pp. 4 y 10.

<sup>27</sup> Aristóteles, *Analytica Posteriora*, I, c. 22, 83b8. Ed. de MINIO-PALUELLO, IV, 3 (1953), 37; ed. de PÁNFILO MONTANO, fol. 17va.

nec est aliquod determinatum genus cum omnibus, nec species alicuius limitati quia tunc conveniret Deo formaliter. Ergo ens quiditative non dicitur de uno.

15. Praeterea, si unum includit <196 vb> ens quiditative, aut includit ens et aliud, aut ens tantum. Non tantum ens quia nihil est passio sui. Igitur includit ens et aliud. Sic illud aliud autem quaero: Si includat ens et aliud, sic in infinitum, et sic standum in primo, scilicet, in uno quod non includit ens quiditative. Istud omnino extraneum et irrationale, quia nihil est de cuius per se intellectu quidativo non sit ens. Quod probo specialiter de passione entis, puta unum et bonum. Omne quod habet definitionem per additamentum habet quiditative essentiam. Ista patet, quod tale habet aliquid quidativum a quo est extraneum illud additum. Unde Commentator, VII *Metaphysicae*<sup>28</sup>, dicit quod qui negat quiditatem ab accidentibus negat plus quam debet. Sed passio definitur per additamentum quia per subiectum et per propriam et quiditativam rationem; ergo habet propriam et quiditativam essentiam cuius signativa est propria quiditativa ratio.

16. Et confirmatur quia omne quod est intrinsecus formalitas est intrinsecus quiditas, eo quod non idem formaliter est, non idem intrinsecus et quiditative. Sed unum dicit formalitatem, secundum istos, distinctam a ratione entis. Ergo habet quiditativam rationem entis, et per consequens quiditative habet essentiam cuius est signativa quiditativa ratio. Unde quidam dicunt quod ens, et res, est superius ad formalitatem. Superius autem est de intellectu inferioris quiditative dicitur essentia; de eo dicitur quiditative ens quia essentia formaliter ens secundum istos, et non differunt nisi grammaticice ut concretum et abstractum.

17. Praeterea. Ut tactum est, quamvis secundum unum nomen imparteat praenomen, proprie tamen et realiter dicit positivum-saltem hoc facit ratio boni quod dicit positivum. Tunc accipio praecise rationem unius vel boni, et sic [a] aut igitur includit formaliter et quiditative rationem entis aut non. Si sic, habeo propositum. Si non<sup>29</sup>, sic arguo: Ratio de cuius per se ex primo intellectu non est prima potentia, perfectio non est formaliter et intrinsecus positivum quia remota prima perfectione removeretur secunda. Esse autem est omnium rationum positivarum prima essentialiter. Quod patet quia sicut in rationibus privativis est ordo, ita quod ad unam tamquam ad primam stat omnium resolutio, scilicet non esse, et in tantum habent rationem privativi in quantum includunt non esse, IV *Metaphysicae*<sup>30</sup>, sic[ut] in rationibus positivis est <197 ra> ordo et omnes reducuntur in unam primam ad quam stat omnium resolutio, scilicet esse, et in tantum habent formaliter rationem positivi in quantum tamen illam includunt. Unde omnis habitus et pri-

<sup>28</sup> Averroes, *In Metaphysicam*, VII, s. 2, c. 3, com. 15. Ed. cit., fol. 165ra. La relación entre *quiditas* y *definitio* aparece explicada en el com. 14, fol. 164rb.

<sup>29</sup> Manuscrito lee *nota*.

<sup>30</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Γ, c. 2, 1004b30. Ed. cit., fol. 71ra.

vatio reducuntur ad esse et non esse. Ergo cum bonum, ut praecise secundum suam formalem rationem non includat rationem entis, non erit perfectio positiva. Nec valet dicere quod includit denominative, ut passio includit subiectum, quia ex quo formaliter et praecise accepta ratio boni non includit ens, et primum positivum non erit formaliter perfectio positiva.

18. Et confirmatur quia de quolibet esse vel non esse. Quod igitur est formaliter necessario, formaliter est ens vel formaliter non ens. Sed quod est formaliter non ens, est formaliter negativum, quia formaliter nihil. Ergo de cuius formali intellectu non est ens est formaliter negativum; ex quo potest concludi quod maxima oppositio est contradictio per quod est primum et causa, ac mensura omnium aliorum unigenae est maxime tale. Ista patet quoad primum et causam, II *Metaphysicae*<sup>31</sup>, quoad primum et mensuram aliarum oppositionum; tamen quia omnis propositio alia includit contradictionem, non ut inferius suum superius, prout aliqui male arguunt quod contrarium includit contradictionem et suam rationem; non enim includit ut inferius suum superius, quoniam inferius est perfectius, quia contrarietas non est contradictio sed ea includit ut causam et rationem propriam. Et sic includens non perfectius, immo imperfectius inclusus, ut secundum includens virtutem primi. Non est perfectius primo, ut secunda calida[t] includit virtutem primi calidi; et tamen imperfectiori. Similiter notitia conclusionis includit notitiam principiorum; et tamen imperfectior, quia includens efficiens non habet virtutem inclusi in tanta efficacia, sicut causa formalis in se habet. Unde cum virtus oppositionis sit ex affirmatione et negatione, ut ideo album et nigrum opposita quia unum dicit alterius affirmationis negationem, sicut patet IV et X *Metaphysicae*<sup>32</sup>, et in sola contradictione sit pura affirmatio et pura<sup>33</sup> negatio simpliciter, non autem in contrarietate, ideo maxima erit oppositorum contradictio.

19. Praeterea. Oppositio dicit distinctionem et incompositionem. Illa erit maxima quae maxime dicit distinctionem et incompositionem. Ista est contradictio, quia illa magis distant quae secundum <197 rb> se non determinant convenientiam, nec in genere nec in subiecto, quam illa quae sibi talem convenientiam determinant. Extrema contradictionis<sup>34</sup> sunt huius<sup>35</sup> quae non determinant sibi convenientiam in subiecto, ut habitus et privatio, IV *Metaphysicae*<sup>36</sup>, contradictio ut de quolibet esse vel non esse non determinant convenientia alicuius praedicamenti,

<sup>31</sup> Ibid., a, c. 1, 993b22, fol. 29vb. Ver también el texto de I, c. 1, 1053a24, folio 253va.

<sup>32</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Γ, cs. 4 y 6, 1006a11 y 1011a15, y I, cs. 8 y 9, 1058a30 y 1058b25. Ed. cit., fols. 74vb, 274ra y 276ra. Ver también el texto de Averroes, fols. 95vb y 266a.

<sup>33</sup> Manuscrito repite *pura*.

<sup>34</sup> Manuscrito añade *huius*, pero después parece tacharlo.

<sup>35</sup> Quizá con intención de escribir *huiusmodi*.

<sup>36</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Γ, c. 6, 1011a24, y I, c. 4, 1055a32. Ed. cit., fols. 95va y 262vb.

contraria non determinant sibi convenientiam generis, X *Metaphysicae*<sup>37</sup>. Omnis etiam resolutio in compositis stat tamquam in causam in contradictionem, ut patet IV *Metaphysicae*<sup>38</sup>. Ideo contraria non possunt stare simul, quia album non est nigrum. Nigrum et non nigrum non simul et idem esset nigrum et non nigrum. Ergo maxima incomposita<sup>39</sup> est in contradictione per quam est<sup>40</sup>. Et probatur in aliis oppositis. Et ita contradictio est maxima oppositionum.

20. Nec valet argumentum quod sic circa haec, scilicet, quod auferratur a contrarietate ratio propria quam dicit supra contradictionem, tunc remanet contradictio, et ita ratio contrarietatis includens se et contradictionem est maior.

21. Dicendum quod haec est falsa imaginatio, quia non includit sic contradictionem ut species genus, ita quod remota ratione propria contrarietatis maneat contradictio, sed magis includere ut notitia conclusio-  
nis includit notitiam principiorum, vel sicut virtus seminis plantae includit virtutem solis, vel electio includit amorem finis. Constat enim quod, remota propria ratione notitiae<sup>41</sup> conclusionis, non manet notitia aliqua quae formaliter esset in conclusione<sup>42</sup>, nec remota virtutis<sup>43</sup> seminis propria remanet aliqua virtus caeli quae formaliter esset in semine; et sunt similiter de electione. Unde falsum assumunt quod, remota propria ratione contrarietatis, remanet contradictio, quia ibi formaliter non est contradictio sed virtute, secundum quod causa dicitur esse in effectum. Constat autem quod esse causae non est perfectius in effectu quam in se; propter quod esto quod, separata ratione propria contrarietatis, remaneri si esse effectus contradictio non esse perfectior oppositio, quia quod addit contrarietas super contradictionem est diminutio oppositionis contradictionis. Quod probo, nam illud quod diminuit de definitione diminuit de oppositione, quia quod diminuit de causa diminuit de effectu. Sed contrarietas diminuit de definitione supra contradictionem tamen quia diminuit negationem, quia non dicit negationem simpliciter ut altera contradictionis; minus autem convenit simpliciter negativa cum affirmativa <197 va> quam affirmativa cum affirmativa simpliciter eiusdem generis, tamen quia dicit convenientiam in genere quod non facit secundum se contradictio. Ergo per illud quod addit contrarietas non debet argui perfectio oppositionis, immo imperfectio, sicut calor tepidus et remissus includit calorem non est perfectior calore simpliciter.

22. Ad propositum igitur redeundo, dico quod omnis ratio quae formaliter et quiditative est non ens, est formaliter <et> quiditative

<sup>37</sup> Ibid., I, c. 4, 1055a5, fol. 261ra.

<sup>38</sup> Averroes, *In Metaphysicam*, VIII, s. 1, c. 4, com. 7. Ed. cit., fol. 215va-b.

<sup>39</sup> Manuscrito ilegible.

<sup>40</sup> Manuscrito ilegible.

<sup>41</sup> Manuscrito lee *notitio*.

<sup>42</sup> Manuscrito lee *inclusio*.

<sup>43</sup> Manuscrito lee *virtuta*.

nihil. Unde Philosophus, III *Metaphysicae*<sup>44</sup>, probat quod ens non est genus, quia non potest habere aliquam differentiam de cuius per se intellectu non sit ens, quia, ut dicit, idem esset nihil. Quod dictum non debet repelliri, dicendo quod Philosophus argumentative loquitur, quia haec vera est, quod nihil est quod effugiat quiditativam praedicationem entis, quia de quolibet esse, vel non esse, quiditative. Igitur quod non est ens quiditative, est nihil formaliter.

23. Ex quo ulterius patet quod male dicitur quod sit aliqua differentia de cuius per se intellectu non sit ens, quia nihil dat esse quiditativum nisi ens et esse quiditativum, se ipso enim dat esse quiditativum; ergo se ipso quiditative est ens et essentia. Sed differentia <e> prima <e> divisa <e> entis, puta simplici <s> et illimitati, dant esse quiditative, scilicet, esse limitatum et illimitatum, et non aliud quam sua ratione quiditativa. Ergo nulla est differentia quiditativa de cuius intellectu quiditativo non sit ens et esse.

24. Item nihil distinguitur in esse quiditativo nisi per aliquod ens quiditative, quia per idem in se est per quod ab alio distinguitur. Sed Deus a creatura distinguitur in esse quiditativo, non per ens commune quia in illo convenient, igitur per differentiam. Ergo differentia quiditative includit esse quo Deus distinguitur quiditative.

25. Sed contra hoc arguitur: Primo, quia differentiae quae includunt ens non sunt primo diversae, quia in aliquo quiditativae differunt et in aliquo convenient, et ita per alias differentias differunt. Et tunc quae-ram de illis, si includant ens, et sic in infinitum vel stabitur ad primas differentias entis quae non includunt ipsum.

26. Secundo, quia compositum dividitur in ultima primo componentia, quorum unum non includit aliud, igitur erit devenire ad conceptum differentiae ultimae quae non includit ens nec econverso.

27. Ista non valet, quia si ratio istorum sit, <197 vb> sit bona; quia quorum potest haberri conceptus certus et dubius, illorum sit unus conceptus quiditativus, cum primarum differentiarum possum habere certum conceptum quod sunt ens et dubium an sint differentiae constitutivae vel divisivae primo, ut possum scire quod entis sunt differentiae: creatum et increatum; et tamen et dubitare an ens primo dividatur per eas, vel per esse et per se et esse in. Ergo earum est unus conceptus quamvis non alias quam entis. Igitur de primis differentiis dicitur ens quiditative.

28. Praeterea. Accipio rationale et irrationalie de quibus ens quiditative dicitur. Secundum te aut rationale dicit ens et aliud, aut ens tantum. Si ens et aliud, quaeram de illo an<sup>45</sup> includant ens et aliud, et sic in infinitum vel stabis in propria ratione ipsius rationalis in qua distinguitur ab irrationali praecise, quia si illa includat rationem entis

<sup>44</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, B, c. 3, 998b15. Ed. cit., fol. 48ra-b. Ver también el texto de Averroes, fol. 49ra.

<sup>45</sup> Manuscrito lee *a* y añade *an* en el margen.

in illa convenient. Ergo oportet dare aliquam rationem propriam rationali secundum quam distinguitur ab irrationali quae non includit ens, et sic aliqua ratio est in rationali de qua quiditative non dicitur ens, quod non dicunt. Unde ratio tantum includit de una differentia sicut de alia, et est contra eos dato, igitur, quod ens ratione suae communitatis quiditative dicitur de omnibus, sive sit passio sive differentia, et enim patet V *Metaphysicae*<sup>46</sup>: Quodlibet dividentium ens secundum se et per se, et quiditative esse dicitur.

29. Propter rationes tamen sciendum quod ens, quamvis diverso modo reperiatur in diversis, aut in substantia per se, et in accidente vel alterius, et in quibusdam actu aliis vero potentia, de omnibus tamen dicitur in quid. Unde ad ista non contrahitur ens sicut in substantia quae dicitur de forma, de materia, de composito, quae quamvis sic alio modo et alio in materia, et forma, et composito, cum ratione suae communitatis quiditative dicitur de materia, forma, et composito, ita quod substantia divisa vere et quiditative dicitur de omnibus, ut quiditative materia e<st> substantia, et forma est substantia et compositum est substantia. Et talis substantia divisa et analogice dicta analogia, tunc quae communis, est ad substantiam compositam et non compositam, et ad substantiam quae genus et quae differentia, quiditative dicitur de animali et quiditative de rationali eo quod talis analogia. Et maxime ens non descendit <198 ra> ad ea de quibus dicuntur, manente aliquo diverso de quo non dicatur definitione, sicut corpus contrahitur per differentiam, de cuius intellectu per se non est genus. Ideo ens de primis divisibilibus praedicatur in quid sicut de secundis. Cum ergo arguitur quod quae includunt ens non sunt primo diversa, ista non valet, quia, cum, secundum Philosophum, V et IV *Metaphysicae*<sup>47</sup>, ratione praedicamentales sunt primo diversae, et cum, secundum istos, ens quiditative dicitur de omnibus praedicamentis, similiter materia et forma in substantia sunt primo diversa, et tamen substantia quiditative dicitur de eis. Unde non est contra rationem diversi convenire in aliquo quiditative quando illud non contrahitur per aliquam differentiam, de cuius per se intellectu non sit, ut ens quod non contrahitur per aliquid quod non sit ens quiditative, quia illud non habet proprie rationem differentiae, quod sic dividit quod divisum non contrahit ut extrinsecum ab eo. Unde quia genus contrahitur per differentiam extra cuius intellectum est, ideo eius differentiae sunt sic differentiae quod includens genus et differentiam est differens non diversum. Cum ergo primum divisum entis quiditative includit ens et non contrahat ipsum differens erit ab alio divisione diversum et non differens.

30. Ad secundum dicendum quod compositum ex conceptibus, quo-

<sup>46</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Δ, c. 7, 1017a24. Ed. cit., fol. 116va-b. Ver también el texto de Averroes, fols. 116vb-117ra.

<sup>47</sup> Posiblemente Averroes, *In Metaphysicam*, V, s. 1, c. 14, com. 19. Ed. cit., folio 126vb. Ver también IV, c. 2, com. 2, fol. 65va, y los textos de Aristóteles, Δ, cs. 9 y 28, 1018a10 y 1024b10, fols. 118ra-b y 140va.

rum unus non includit quiditative alium, et ille est resolubilis in tales, ut est conceptus speciei, qui est ex conceptu determinabilis generis et ex conceptu distincto non includente et determinativo differentiae. Sed compositum ex conceptibus, quorum unum includit alium, ut conceptus dividens ens qui semper includit conceptum entis qui non est determinabilis per differentiam quae non sit ens, tale compositum non resolvitur in duo[rum], quorum unum non includit aliud.

31. Ad rationes quibus probatur quod unum non est ens quiditative de passione, dicendum quod in terminis transcendentibus propositio est falsa, quia ratione communitatis prima ratio praesupponit quiditative omni rationi. Unde ibi non est secundum rem proprie quo ad omnia subiectum, et primo autem, sed quantum ad dua: Primo quantum ad convertibilitatem; secundo quia ratio unius est quasi posterior, et per consequens accipitur ut enti accedit ratio unius, sicut posterius accedit priori. <197 rb> Verumtamen in hoc deficit a vera passione, quia ens, ut dictum est, intrinseca ratio est in ratione unius et bene. Ratio autem procedit ubi quo ad omnia est subiectum et passio.

32. Secunda ratio supponit falsum, quia ens non solum quiditative dividitur in Deum et in decem praedicamenta, primo etiam omnia in quae dividuntur.

33. Tertia ratio non valet, quia unum dicit ens dupliciter: Uno modo dicit ens in quo unum convenit cum bono, vero, et aliis. Aliquando dicit ens secundum propriam eius rationem, ut dicitur distinctam rationem entis a ratione entis veri, vel boni, ut forma dicit substantiam secundum quod querit materiam, et substantiam dicit actu secundum rationem qua distinguitur a materia; nec oportet procedere in infinitum, sed stabitur in ratione propria entis quae non excludit ens; immo ens commune est de eius ratione. Sed quia est ratio unius, sic propria, quod non est propria ratio boni aut veri, igitur idem sub eadem ratione non est pura, immo sub alia, quia ratio propria unius posterior ratione entis. Unum ergo includit aliquid quod non est ens, non aliquid de cuius ratione non sit ens, sed aliquid quod habet distinctionem a bono, de cuius etiam ratione est ens.

34. Ex quo ulterius concludo, quod unum non differt ab ente ex natura rei, quia rationes quae de se in abstracto praedicant non differunt ex natura rei, quia alia, ut visum est, differentia ex natura rei est realis; quae autem differunt realiter non praedicantur de se in abstracto. Sed entitas est unitas et econverso. Ergo est: Ratio entis et ratio unius non sunt distinctae nisi secundum rationem. Unde Commentator, VIII *Metaphysicae*<sup>48</sup>, dicit quod ens et unum dicunt unam rem et essentiam, sed modis diversis. Et X *Metaphysicae*, commento octavo<sup>49</sup>, dicit

<sup>48</sup> Averroes, *In Metaphysicam*, IV, s. 1, c. 2, com. 3. Ed. cit., fol. 66rb.

<sup>49</sup> Ibid., X, s. 1, c. 4, fol. 257va-b. Nótese la similaridad entre esta crítica de Avicena y la famosa falacia naturalista de G. E. MOORE, *Principia Ethica*, c. 1 (New York, 1903).

«... quod significant idem secundum substantiam, et diversa secundum modum», scilicet, conceptus et rationis, quia unum significat esse secundum rationem indivisi.

35. Circa secundum est intelligendum quod privationes nominum et habitum transcendentium semper fundantur in nomine significante positivum et habitum oppositum, ut malum in bono, falsum in vero; et quamvis multitudo significet sub nomine positivo, veram tamen significat privationem quae fundatur semper in uno. Huius ratio tangitur a Philosopho, IV *Ethicorum*<sup>50</sup>, quia tales privationes, nisi in aliquo <198 va> fundarentur, nihil essent, ut malum se ipsum destrueret et purum nihil esset nisi in bono fundaretur. Unde secundum Augustinum, *De Natura Boni* et III *De Libero Arbitrio*<sup>51</sup>, cum malum sit corruptio boni, ex malo, ex bono, quod adunit aliquid boni probatur quod natura aliqua est mala<sup>52</sup>, est bona. Et similiter, cum divisio adunat de esse eius quod dividitur, si multitudo non fundaretur in uno nihil esset. Rursus, sicut non quodlibet malum opponitur cuilibet bono, sed solum illi quod malum privat ut malum, quod est infirmitas opponitur sanitati quam privat, non autem opponitur corpori in quo fundatur, sic[ut] non quaelibet multitudo cuilibet uno, sed illi quem privat, ut multitudo partium actu divisi continui opponitur unitati continui quem privat, non autem unitati numeri quae est sua forma vel unitatibus quibus talis multitudo integratur. Nulla igitur multitudo est omnino privans unitatem. Unde unitas ad multitudinem similiter se potest habere uno modo, ut id quod per multitudinem tollitur, et sic unum opponitur multitudini oppositione privationis. Quod sic patet: Illa sunt ut habitus et privatio quorum unum negat aliud circa determinatum subiectum. Ista patet IV *Metaphysicae*<sup>53</sup>. Sed divisio et indivisio sic se habent, quod unum negat aliud circa eandem naturam, ut divisio continui et indivisio eiusdem sunt circa idem, et similiter in omnibus aliis. Ergo dicens indivisionem et multa tollenti hanc indivisionem opponuntur privative, non pure privative sed contrarie, cum utrumque ponat aliquid. Unde Philosophus, IV *Metaphysicae*<sup>54</sup>, quod unum et multa opponuntur non contradictorie, non relative, sed secundum privationem, ut divisum et indivisum. Quod enim est divisum <est> multitudo; quod indivisum est unum.

36. Alio modo operatur unum ut pars integrans multitudinem et numerum, prout numerus ex unitatibus consurgit et integratur. Et sic unum comparatur multitudini ut principium, secundum quem modum

<sup>50</sup> Aristóteles, *Ethica Nichomachea*, IV, c. 5, 112a10. Trad. Roberto Grosseteste en Eustacio de Nicea, *Commentarium in Libros Ethicorum Aristotelis*, París, Ms. Bibl. Nac. Lat. 16582, fol. 92ra.

<sup>51</sup> Agustín, *De natura boni*, c. 4, ed. I. ZYCHA en CSEL 25 (1897) 857; PL 42, 553; y *De libero arbitrio*, III, c. 13, ed. G. M. GREEN en CSEL 74 (1956) 120; PL 32, 1289.

<sup>52</sup> Manuscrito lee *malum*.

<sup>53</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Γ, c. 2, 1004a10. Ed. cit., fol. 68rb.

<sup>54</sup> Ibidem. Ver también el texto de I, c. 3, 1054a4, fol. 258ra.

dicit Proclus quod omnis numerus ab unitate<sup>55</sup>, et VIII *Metaphysicae*<sup>56</sup>, quod unitas addita numero causat numeri speciem. Et sic dicit Philosophus, X *Metaphysicae*<sup>57</sup>, quod «numerus est pluralitas unitatum». Quae definitio non est formalis prout dicit, V *Metaphysicae*<sup>58</sup>, quod senarius non <198 vb> est sex unitates, sed semel sex, quia una forma ex sex unitatibus consurgens; sed est materialiter, quia partes senarii sunt sex unitates.

37. Tertio modo comparatur unum ad numerum, ut mensuratur ad mensuratum, quia, ut patet X *Metaphysicae*<sup>59</sup>, unumquodque mensuratur numero sui. Unde cum numerus et multitudo componantur ex unitatibus, et unum sit numerum eius, erit mensura cuius est unum et pars.

38. Et dicunt quidam quod unitas, ut habet rationem mensurae, est unum et principium numeri, e[s]t de genere quantitatis. Sed istud non est verum: Primo, quia sicut numerus de genere quantitatis componitur suis unitatibus, sic numerus et multitudo, cuius principium est unum convertibile cum ente; vel sicut unum est numerum<sup>60</sup> numeri de genere quantitatis, ideo mensura eius sic etiam unum quod convertitur cum ente.

39. Secundo, quia sicut decem canes mensurantur uno, quod decies sumptum perficit numerum et mensurat decem canes, sic et decem angeli mensurantur uno; et inde, secundum istos, numerus angelorum non est de genere quantitatis; de quo an sit verum poterit alias videri.

40. Tertio, quia Philosophus generaliter loquens de uno dicit, X *Metaphysica*<sup>61</sup>, quod «... unum opponitur multo, ut metrum mensurabilis».

41. Circa tertio est hoc intendendum, quod hic loquimur de uno sumpto in sua generalitate prout commune est ad omne indivisum, secundum quod Commentator accipit cum Philosopho, X *Metaphysicae*<sup>62</sup>, ubi ponit quod unum nihil diversum ponit ab ente nisi quis liget hoc nomen ‘unum’ cum alio praedicamento, ut unum in ubi vel qualitate, quia sic restringendo unum non dicitur aequaliter enti. Et sic non intelligimus de uno secundum ligamen vel restrictionem ad unum praedicamentum, sic nec secundum restrictionem alicuius differentiae indvisionis, puta ad potentiam, vel ad actum, vel ordinis numeri, vel cuiuscumque; sed accipimus unum prout se extendit ad omnem modum indvisionis.

<sup>55</sup> Proclo, *De decem dubitationibus circa providentiam*, q. 1, trad. Guillermo de Moerbeka, ed. H. BOESE en *Procli Opuscula* (Berlín, 1960), 10. Ver también el texto del *Liber de causis*, 31, ed. O. BARDENHEWER (Freiburg, 1882), 191.

<sup>56</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, H, c. 3, 1043b35. Ed. cit., fol. 217va. Ver también el texto de Averroes, fol. 218ra.

<sup>57</sup> Ibid., I, c. 1, 1053a30, fol. 253va.

<sup>58</sup> Ibid., Δ, c. 14, 1020b6, fol. 126rb.

<sup>59</sup> Averroes, *In Metaphysicam*, X, s. 2, c. 5, com. 20. Ed. cit., fol. 268ra.

<sup>60</sup> Quizá con intención de escribir *mensura*.

<sup>61</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, I, c. 6, 1056b32. Ed. cit., fol. 268va.

<sup>62</sup> Ibid., c. 2, 1054a12, fol. 257rb. Ver también el texto de Averroes, fol. 257rb.

42. Ulterius intelligendum quod aliqua potest intelligi convertibilia esse dupliciter: Uno modo, secundum rationes eorum, ut ad quantum se extendit ratio unius ad tantum se extendat ratio alterius, et sic convertibilis est subiectum adaequatum secundum rationem cum passione adaequata, ut conceptus et ratio hominis est convertibilis cum ratione et conceptu <199 ra> risibilis, et quae sic convertuntur necessario convertuntur in suppositis. Alio modo convertuntur non in rationibus, puta, quia ratio unius plura ambit quam<sup>63</sup> ratio alterius, nihilominus tamen quia in nullo supposito potest reperiri ratio unius quin reperiatur ratio alterius et econverso. Dicuntur convenientia in suppositis, ut quando subiectum habet plures passiones sine quibus nullo modo potest esse, quia ex quo subiectum se extendit ad plure<s> passiones, ratio subiecti non est convertibilis cum ratione unius passionis, sed quia subiectum non potest esse sine illis passionibus in quocumque supposito inveniatur ratio subiecti, invenietur ratio passionis, et econverso.

43. Tunc ad quaestionem dicendum quod si quaerat de convertibilitate secundum rationes, dico quod unum non convertitur cum ente, quia illae rationes non sunt convertibles quarum una dicitur de aliquo de quo non dicitur alia, eo quod una ad plura se extendit quam alia. Sed ratio entis quiditative ingreditur rationem et conceptum boni, et veri, et unius. Unum autem secundum sui rationem non est de ratione nec boni, nec econverso. Ergo ratio entis, cum ad plures rationes se extendat quam ratio unius, non convertitur cum ratione unius. Minor patet quia ratio unius est esse indivisible, quae ratio non ingreditur rationem boni aut veri.

44. Praeterea. Conceptus qui contrahitur non convertitur, acceptus secundum se, cum illo qui contrahit. Ista patet, quia in sua ratione, acceptus secundum se, converterentur; non posset per conceptum illum contrahi, ut per risibile conceptum non contrahitur conceptus hominis ad tantum se extendit risibilis homo sicut homo. Sed conceptus entis, puta esse, contrahitur per rationem unius quod addatur indivisibile ipsi esse, ita stat pro ratione unius quod non pro ratione boni. Ergo ratio entis non convertitur cum ratione unius.

45. Si non quaestio quaerat de convertibilitate in suppositis, sic dico quod unum et ens convertuntur. Nam illa convertuntur in suppositis, quorum unum in aliquo non potest sine alio reperiri. Sed in nullo potest esse ratio entis quin in eo sit ratio unius necessario, ut nihil est ens quin sit ens unum secundum aliquam indistinctionem. Istud enim patet in uno ente simplici; similiter in composito, quod sui formam compositionis est indivisum; similiter in continuo, quae sunt multa inordinata quae dicunt indisionem in ordine et omnia, vel sunt unum actu, vel <199 rb> potentia. Ergo unum et ens convertuntur.

46. Praeterea. Unum non minus se extendit quam bonum, cum

<sup>63</sup> Manuscrito lee quod.

ratio unius sit prior ratione boni. Sed bonum convertitur cum ente, quia, ut dicitur I *Ethicorum*<sup>64</sup>, «... bonum aequaliter dicitur enti». Ergo unum convertitur cum ente. Et hoc expresse dicit Philosophus, IV *Ethicorum* et X *Metaphysicae*<sup>65</sup>.

47. Ad rationes in opositum patet ex dictis, quia multitudo, quamvis non sit unum secundum modum quo sunt multa et sic unum contra eam dividatur, tamen quia omnis multitudo aliquando participat uno, et sic habet rationem indivisibilis et unius. Ut enim dictum est, unum secundum unum modum potest esse exclusum alterius veritatis, et sic unum potest esse multa, sicut bonum uno modo est malum alio modo. Ideo divisio unius et multi non est divisio secundum exclusionem omnis modi unius, et ita talis divisio stat cum uno dicto generaliter, cui sufficit quod habeat aliquem modum divisibilis.

*Secundi Quolibet Prima Quaestio est:  
Utrum ratio boni sit respectiva<sup>1</sup>.*

<64 va 38> 1. Circa secundum quodlibet quaerebatur unum pertinens ad rationem boni<sup>2</sup>, et erat: Utrum ratio boni<sup>3</sup> sit respectus.

2. *Et arguitur quod sic:* Nam bonum dicit conveniens appetenti secundum iudicium rationis; sed conveniens dicit respectum; ergo ratio boni est respectus.

3. *Contra:* Quia secundum Anselmum, *Monologium*, capitulo decimo quinto<sup>4</sup>, relatio non dicit perfectionem simpliciter; bonum autem dicit; ergo non est relatio.

4. *Respondeo* <64 vb> dicendum quod: Primo, investiganda est ratio boni; secundo, videndum est propositum.

5. Circa primum sunt diversi modi dicendi. Quidam dicunt quod ratio boni non potest accipi, quia analogum est, cuius non est ratio una. Sed illud est tangere difficultatem quaesiti, quia licet boni non sit ratio univoce dictum, nec entis nec unius, et tamen damus rationem entis et unius. Ergo non obstante quod bonum sit analogum, poterit accipi una ratio analoga, quaecumque sit illa.

6. Praeterea. Licet, ut dicit Commentator, I *Ethicorum*, capitulo primo<sup>5</sup>, bonum non possit definiri quia non habet cui sit commune priora, tamen potest eius esse aliqua descriptio et una ratio aliquo modo,

<sup>64</sup> Aristóteles, *Ethica Nichomachea*, I, c. 6, 1096a23. Ms. cit., fol. 18rb.

<sup>65</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Γ, c. 2, 1003b23, y I, c. 2. 1054a12. Ed. cit., fols. 66va y 257ra.

<sup>1</sup> Título al margen de la tabla, fol. 195rb4.

<sup>2</sup> Manuscrito lee *entis*.

<sup>3</sup> Manuscrito lee *entis*, pero lo corrige a *boni* después.

<sup>4</sup> Anselmo de Aosta, *Monologion*, c. 15, ed. F. S. SCHMITT, *Opera omnia*, 1 (Roma, 1938), 28.

<sup>5</sup> Eustacio de Nicea, *In Ethicam*, I, c. 1, ms. cit., fol. 3va.

quia, ut dicit Philosophus, I Ethicorum, capitulo septimo<sup>6</sup>, quod quamvis bonum non sit unius rationis univocae, «...non assimilatur a casu aequivocis, sed ei quod est ab uno esse vel ad unum omnia contendere, vel magis secundum analogiam...» ut Commentator dicit<sup>7</sup> «...quis utique erit modus secundum quod bona, bona nominantur. Non enim utique dicit aliquis a casu, ita ipsa dici. Sic enim aequivoca neque unam communicationem secundum nomen possident. Bona autem communicationem aliquam realem secundum nomen possident. Erat enim una ratio communicationis eis quae secundum nomen. Quae autem a casu, non secundum rationem». Quia igitur boni est communicatio quaedam realis secundum nomen, non utique erunt ut a casu aequivoca. Patet ergo quod est boni sic ratio aliquo modo una, quod eius ratio potest inquiriri et dari.

7. Praeterea. Ratio amoris, seu amicitiae, attenditur penes rationem boni. Unde, secundum distinctionem boni, utilis, delectabilis, et honesti, accipitur triplex amicitia, ut patet VIII Ethicorum<sup>8</sup>. Sed non obstante varietate amoris et amicitiae, et amoris concupiscentiae, et amoris amicitiae, quaeritur ratio amoris. Et eam dat Philosophus, II Rethoricae<sup>9</sup>, dicens quod «...propter quod amicitiam et amare definientes dicamus, sit itaque amare velle alicui qua[e] puta<t><sup>10</sup> bona». Ergo, non obstante varietate boni, poterit eius ratio investigari et accipi.

8. Quae autem sit ista ratio est dubium, nam quidam ponunt quod ratio boni est ratio appetibilis, ita quod formalior et intranea ratio quidativa eius est quod appetibilis. Nam Philosophus, I Ethicorum<sup>11</sup>, laudat amminciantes bonum quod omnia appetunt. Item I Rethoricae<sup>12</sup>, perquirens elementa et rationes boni, dicit bonum, «...itaque quod sui <65 ra> gratia eligibile, et cuius gratia ipsum eligimus». Item, III Ethicorum<sup>13</sup>, dicit quod per se bonum est quod est «...simpliciter et secundum veritatem voluntabile».

9. Sed illud non videtur<sup>14</sup> verum, nam ab omnibus ponitur bonum esse obiectum voluntatis, sicut color visus. Tunc arguo: Illa ratio quae convenit alicui in secundo modo dicendi per se et non in primo non est ratio intranea formalior illi. Ita patet, quia illud quod est ratio intranea formalis alicuius est in primo modo, cum sit de per se intellectu eius, et cadit in definitione illius. Illa autem ratio quem in secundo modo non est de per se intellectu; immo in definitione talis definitionis cadit

<sup>6</sup> Aristóteles, *Ethica Nichomachea*, I, c. 6, 1096b1 ss., ms. cit., fol. 23ra.

<sup>7</sup> Eustacio de Nicea, *In Ethicam*, I, c. 6, ms. cit., fol. 23rb.

<sup>8</sup> Aristóteles, *Ethica Nichomachea*, II, c. 2, 1155b17. Ms. cit., fol. 233ra-b.

<sup>9</sup> Aristóteles, *Rethorica*, II, c. 6, 1380b35, trad. Guillermo de Moerbeka, ed.

L. SPENGEL (Leipzig 1867), 247.

<sup>10</sup> Texto de Aristóteles lee *qua putat*.

<sup>11</sup> Aristóteles, *Ethica Nichomachea*, I, c. 1, 1094a1. Ms. cit., fol. 2va.

<sup>12</sup> Aristóteles, *Rethorica*, II, c. 6, 1362a23. Ed. cit., p. 199.

<sup>13</sup> Aristóteles, *Ethica Nichomachea*, III, c. 5, 1113a23. Ms. cit., fol. 67va.

<sup>14</sup> Manuscrito añade abreviación ilegible, quizás por *habere*, parece tachada.

res cuius est ratio, ut patet I *Posteriorum*<sup>15</sup>. Sed ratio appetibilis convenit bono in secundo modo et non in primo modo, quia secundum Philosophum, II *De Anima*<sup>16</sup>, ratio denominans obiectum secundum respectum ad potentiam et actum potentiae, ut visibile colorem, convenit in secundo modo et non in primo, non secundum primam intentionem, de quo dicitur illud quod est essentialiter. Etiam est modus in quo praedicatum est in substantia subiecti sed secundum intentionem secundam, et est illud in quo subiectum est in definitione praedicati. Color enim est causa ut res sit visibilis. Ergo appetibile non est ratio formalis et intranea boni.

10. Praeterea. Obiectum praecedit actum potentiae et relationem convenientem actum. Sed bonum est obiectum voluntatis. Ergo praecedit actum, et illud quod sequitur actum secundum respectum appetibilitatis, scilicet esse appetibile; nam bonum non dicit ordinem ad voluntatem nisi quia voluntas ad bonum dicitur, ut patet V *Metaphysicae*<sup>17</sup>. Igitur ordo quem dicit bonum ad voluntatem, scilicet esse appetibile, consequitur rationem boni, et per consequens non est de per se intellectu eius, cum innascatur quae est potentiae ad obiectum medianante actu.

11. Praeterea. Illud quod resolvitur in aliquid ut in causam et rationem sui, non est de per se intellectu eius in quod resolvitur. Hoc patet, quia ex quo resolvitur in illud, ut in causam et rationem sui, est illo posterius. Unde Commentator<sup>18</sup>, ut supra, dicit quod pro tanto visibile non est de essentiali et intraneo intellectu coloris, quia color est causa ut res sit visibilis, eo videlicet quod ideo res est visibilis quia color, non econverso. Sed esse appetibile resolvitur in bonum ut in causam et rationem sui, nam non ideo aliquis est bonum, ut patet III *Ethicorum* et IV *Ethicorum*<sup>19</sup>, resolvit distinctionem amicitiae ad amabilia. Amabilia vero resolvit ad bonum honestum, delectabile et utile. Ergo appetibile non est formalis ratio intranea boni. Haec motiva boni ad hoc valent, quia non semper res <65 rb> notificatur per illud quod est de intraneo et per se intellectu eius, quia tunc omnis notificatio esset a priori; sed aliquando notificatur a posteriori. Unde cum bonum notificatur a posteriori, unde tamen bonum notificatur per ordinem ad appetitum, et per rationem appetibilis notificatur per rationem non intraneam sed consequentem quae nobis est notior, sicut si color notificaretur per esse visibile. Et secundum hoc verum est quod bonum est appetibile, quia bonum est terminativum et obiectum appetitus, sicut color visus. Unde Philosophus non dicit, I *Ethicorum*<sup>20</sup>, «bene definierunt» sed «bene enuntiaverunt bonum quod omnia appetunt»; quia, ut Commentator di-

<sup>15</sup> Aristóteles, *Analytica Posteriora*, I, c. 10. Ed. cit., fol. 10vb.

<sup>16</sup> No he podido localizar esta cita.

<sup>17</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Δ, c. 14, 1020b22. Ed. cit., fol. 126rb.

<sup>18</sup> Averroes, *In Metaphysicam*, V, s. 1, c. 15, com. 20. Ed. cit., fol. 129va.

<sup>19</sup> Aristóteles, *Ethica Nichomachea*, IV, c. 6, 1126b10. Ms. cit., fol. 93rb-vb.

<sup>20</sup> Ibid., I, c. 1, 1094a1, fol. 2va.

cit<sup>21</sup>, «... non est definitio quia<sup>22</sup> dictum est, sed descriptio, manifestum ex eo quod sumitur ex posterioribus». Per quod patet quod ad omnes praemissas et similes auctoritates quasi infinitas quae inveniri possunt tam a prophetis quam a sanctis.

12. Quidam vero alii dicunt quod ratio boni est ratio finis, quia, secundum Philosophum, II *Metaphysicae*<sup>23</sup>, «auferentes causam finalē, auferunt naturam boni». Unde Commentator, ibi, commento octavo<sup>24</sup>, dicit: «Qui destruit finem, destruit omne bonum... Nihil enim dicitur bonum, nisi propter causam finalē». Ex quo videtur quod ratio boni sit ratio finis. Item Philosophus, V *Metaphysicae*, capitulo tertio<sup>25</sup>, dicit: «... omne quod est bonum secundum se et propter naturam suam est finis». Item cuius causa finis optimum et finis aliquorum vult esse, et XII *Metaphysicae*<sup>26</sup>, «... bonum quod propter ipsum... eligibile est cuius gratia et illud...», I *Rethoricae*<sup>27</sup>. Item Avicenna, VI *Metaphysicae*, capitulo quinto<sup>28</sup>, dicit quod finis est bonum quod adaptat rem quae perficitur per ipsam.

13. Sed nec hoc videtur mihi, quia, ut dictum est, posterius non est de per se et primo intellectu prioris, nec per consequens eius formalis ratio intranea. Sed ratio boni est prior ratione finis, quia ratio boni immediatus consequitur rationem entis quam ratio finis. Bonum enim convertitur cum ente; aequaliter enim dicitur enti, ut patet I *Ethicorum*<sup>29</sup>: Ens et finis non convertuntur. Unde, secundum Avicennam<sup>30</sup>, unum et bonum sunt de primis consequentibus ens; ergo finis non est ratio intranea boni.

14. Item hoc confirmatur, quia illud quod praedicatur de aliquibus pluribus primo et per se nullum illorum est de primo et per se intellectu eius praedicati<sup>31</sup>. Illud patet, quia **tale praedicatum comparatur** ad illa plura ut superius ad inferiora. Inferius autem non est de per se intellectu superioris, immo econverso. Sed bonum primo modo praedicatur de fine. et de hiis quae ad <65 va> finem, et de causa agente, materiali, formalis, et finali. Unde sicut quolibet istorum est ens, sic bonum. Ergo finis non est de per se et primo intellectu, et per consequens nec formalis ratio intranea boni. Unde Philosophus, I *Rethoricae*<sup>32</sup>, cum descriperat bonum per hoc quod est finis, scilicet, quod sui gratia eli-

<sup>21</sup> Ibidem.

<sup>22</sup> Manuscrito lee *definitate quod* en vez de *definitio quia*.

<sup>23</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, α, c. 2, 994b9. Ed. cit., fol. 32vb. Ver también el texto de Averroes, fol. 33ra.

<sup>24</sup> Averroes, *In Metaphysicam*, II, s. 1, c. 2, com. 8. Ed. cit., fol. 33ra.

<sup>25</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, B, c. 2, 996a24. Ed. cit., fol. 40rb.

<sup>26</sup> Ibid., Λ, c. 10, 1075a12, fol. 337rb-va. Ver también el texto de Averroes, folio 337va-b.

<sup>27</sup> Aristóteles, *Rethorica*, I, c. 6, 1362a23. Ed. cit., p. 199.

<sup>28</sup> Avicena, *Metaphysica*, VI, c. 5. Ed. cit., fol. 94vb.

<sup>29</sup> Aristóteles, *Ethica Nichomachea*, I, c. 7, 1097a20. Ms. cit., fol. 25ra.

<sup>30</sup> Avicena, *Metaphysica*, V, c. 1.

<sup>31</sup> Manuscrito quizá lea *praedicamentis*.

<sup>32</sup> Aristóteles, *Rethorica*, I, c. 6, 1362a23. Ed. cit., p. 199.

gibile, videns quod bonum non solum dicitur de fine, sed etiam de aliis, subdicit: «...et factivum aut conservativum horum», et ad quod sequuntur talia et prohibitiva talium et corruptiva, quasi velit dicere quod non solum bonum dicitur de fine, sed etiam de omnibus quae ad finem.

15. Nec contra hoc sunt auctoritates inductae, quia pro tanto auferentes finem, auferunt naturam boni: non quod ratio boni sit finis, sed quia ablata fine auferunt ea quae ad finem, in quibus salvatur natura et ratio boni. Unde haec ablato non est a priori sed a posteriori.

16. Ad secundum dicendum quod omne bonum secundum se, id est, gratia sui appetibilis, et non alterius gratia, est finis. Sed ex hoc non sequitur quod finis sit ratio boni, sicut licet animal rationale sit homo vel risibile, non tamen homo vel risibile est ratio formalis intranea animalis.

17. Per idem patet ad alias auctoritates, quia in eis non accipitur finis ut praedicatum intraneum et formale subiecti, scilicet bonum secundum se est finis; ideo est econverso, quia finis est bonum secundum se, non gratia alterius. Ita quod ratio finis est bonum secundum se, sed accipitur ex parte praedicati quasi definitum praedicans de definitione per quam notificatur, sicut diceretur animal rationale est homo. Unde auctoritas Avicennae<sup>33</sup> est pro me, quia, describens finem, dixit quod finis est quod adaptat rem, id est, perficit rem. Igitur bonum est de ratione finis et non econverso.

18. Alii dicunt quod ratio boni est ratio convenientis, quia nihil appetitur nisi quod aestimatur ut conveniens. Unde Avicenna, VIII *Metaphysicae*<sup>34</sup>, dicit «convenientia, cum apprehenditur, diligitur, et delestat». Sed illa oportet cum dicit conveniens esse rationem boni, aut accipit conveniens pro ipso respectu et relatione, vel pro fundamento talis convenientiae. Si primo modo bene dicitur; sed quae sit illa ratio quae fundat illam convenientiam convenit. Si autem sumat conveniens pro relatione et respectu, illud non potest esse, quia tunc ratio boni esset relatio, quod non credo ut dicetur, nec potest accipi pro aggregato fundamenti et relationis, quia tunc bonum esset unum per accidentem.

19. Et ideo videtur mihi quod ratio boni est ratio perfecti et perfectivi. Unde de intranea ratione boni est quod sit ens perfectum. Primum patet: «Namque quod non est ens est nihil», III *Metaphysicae*<sup>35</sup>. Sed bonum non est nihil; ergo formaliter et quiditative est ens.

20. Secundum probatur: Nam per illud <65 vb> formaliter est aliquid bonum per cuius subtractionem est formaliter malum. Hoc patet. Sed per subtractionem debita perfectionis ac corruptionem est formaliter malum, ut dicit Augustinus, *De Natura Boni*, capitulo decimo quarto<sup>36</sup>. Ergo bonum est formaliter debita rei perfectio, qua aliquid perfici-

<sup>33</sup> Avicena, *Metaphysica*, VI, c. 5. Ed. cit., fol. 94va.

<sup>34</sup> Ibid., VIII, c. 7, fol. 10rb.

<sup>35</sup> Averroes, *In Physicam*, I, s. 2, c. 4, com. 25. Ed. cit., fol. 17ra. Cita no literal, obviamente.

<sup>36</sup> Agustín, *De natura boni*, c. 4. Ed. cit., p. 857; PL 42, 553.

citur. Unde in tantum deficit res a natura boni in quantum deficit a debita perfectione. Et quia res non potest manere deficiente omnino sua perfectione, ideo non potest manere sine omni bonitate, ut omnino fit mala, ut ibi arguit Augustinus contra manichaeos, et idem arguit *Contra Epistulam Fundamenti*, capitulo tricesimo quinto, et III *De Libero Arbitrio*, capitulo decimo nono<sup>37</sup>.

21. Praeterea. Idem est de ratione boni in quod resolvitur eius proprietas ut praecisam causam. Illa probatur, nam cum propria passio oriatur ex propriis principiis subiecti, reducitur in causam praecisam in principia et rationem subiecti. Et ita illud in quod reducitur, ut in propriam et praecisam causam, est ratio formalis intranea subiecti. Sed propria passio boni est appetibilitas et esse appetibile, sicut coloris esse visibile ut praeassumptum; et esse appetibile reducitur in rationem perfectivi et perfectionis ut in causam. Unde, ideo aliquid appetimus quia aliquo modo illo perficimur, et in illo est aliquo modo perfectio nostra. Quod plane dicit Avicenna, IV *Metaphysicae*, capitulo penultimo<sup>38</sup>: «Qui sic —ait— bonitatem omnino desiderat, quidquid est, illud autem quod desiderat omnis res est esse et perfectio..., et ideo esse est bonitas pura et perfectio pura, et omnino bonitas est illud quod desiderat omnis res iuxta modulum suum, quoniam per eam perficitur eius esse». Ergo ratio boni est ratio perfectivi.

22. Item idem videtur velle Philosophus, I *Rethoricae*<sup>39</sup>, qui quasi reddens causam quare omnia bonum, scilicet finem, appetunt, dicit «hoc enim unicuique bonum, quo praesente disponitur et sufficienter habet; ... et factivum et conservativum horum...», et caetera. Ita quod pro tanto appeto bonum quia est mihi bonum. Est autem mihi bonum quia illo bene disponor et perficior; unde sanitatem volo quia illa perficior secundum medicinam, quia illius perfectionis inductiva est dietam, non quia illius conservativa est et prohibitiva contrariorum sanitatis qua perficior.

23. Praeterea. Ista ratio est omni aliarum quae dantur, secundum aliorum opiniones, contentiva et ad eam reducuntur ut in causam praecisam. Nam pro tanto aliquid est appetibile quia aliquam perfectionem dat appetenti, et per consequens est appetenti conveniens. Et ideo quod est perfectiva est perfectibili conveniens; ideo appeto medicinam gratia sanitatis et sanitatem propter se. <66 ra> Ergo praecisa ratio appetentis est ratio perfectionis et perfectivi, et per consequens ratio boni est ratio perfectivi. Unde Philosophus, I *Ethicorum*<sup>40</sup>, dicit: «Optimus, perfectus qui videtur».

24. Sed contra potest obici: Primo, quia bonum aequaliter dicitur enti sic quod omne est bonum. Sed non omne ens est perfectum, puta

<sup>37</sup> Agustín, *Contra epistolam Fundamenti*, c. 35, ed. I. ZYCHA, CSEL 25 (1891) 239, y PL 42, 201; *De libero arbitrio*, III, c. 13, ed. cit., p. 120, y PL 32, 1289.

<sup>38</sup> Avicena, *Metaphysica*, VIII, c. 6, fol. 101ra.

<sup>39</sup> Aristóteles, *Rethorica*, I, c. 6, 1362a23. Ed. cit., p. 199.

<sup>40</sup> Aristóteles, *Ethica Nichomachea*, I, c. 7, 1097a26, Ms. cit., fol. 25rb.

materia et relatio secundum aliquos. Ergo ratio perfectionis et perfectivi non est ratio boni.

25. Secundo, quia prior videtur esse r<sub><ati></sub>o boni quam ratio perfecti; tum quia generalior, quia omne ens est bonum, non autem omne ens perfectum per perfectum et imperfectum; tum quia immediatus videtur sequi ipsum ens bonum quam perfectum. Ergo ratio perfectionis vel perfectivi, cum sit posterior, non erit formalis ratio boni.

26. Tertio, quia eadem videtur ratio perfectivi et communicativi, quia perficere est perfectionem communicare. Sed ratio communicativi non potest esse, quia non omne ens communicat se in ratione principii finalis vel effectivi.

27. Dicendum quod illa in nullo impediunt. Ad primam dicendum quoniam materia est perfecta, perfectione sibi debita, quia est haec perfectio quae est capacitas formae, ratione cuius ipsa est bonum, dicente Augustino, libro *De Natura Boni*, capitulo decimo septimo<sup>41</sup>: «Habet enim materia capacitatē formarum; nam si capere ab artifice impositam formam non posset, nec materies utique diceretur. Porro si bonum aliquod forma, unde qui<a><sup>42</sup> ea praevalent, formosi dicuntur, sicut a specie speciosi, procul dubio bonum aliquid est et capacitas formae, quia sicut bonum est sapientia, nemo dubitat quod bonum si<t><sup>43</sup> capace sapere et sicut ipsa sua capacitatem formae dat esse composito». Ita est perfectio compositi, et sic habet rationem boni; et similiter relatio habet suam perfectionem et suo modo perficit, et secundum hoc habet rationem boni. Unde, ut patet V *Metaphysicae*<sup>44</sup>, secundum quod in aliquid transferetur ratio boni, transferetur ratio perfecti.

28. Ad secundum dicendum quod perfectum et imperfectum possunt dupliciter accipi: Uno modo ut sunt differentia positive incompossibiles in uno ente et in una materia, secundum quod accipitur perfectum et imperfectum diversarum specierum, prout alias dividitur in perfectum quod est asinus. Et isto modo bonum prius est perfectio, ut arguitur. Alio modo possunt accipi perfectum et imperfectum prout sunt affirmatio et negatio alicuius perfectionis apte esse in eadem re, et sic perfectum est ens in suo esse perfecto, imperfectum vero non ens in sua debita perfectione. Et sic ratio perfectionis est prior ratione boni quia per eam constituitur, <66 rb> nec alicui convenit esse bonum cui non conveniat esse<sup>45</sup> perfectum. Unde sicut est prima divisio entis et non entis, sic immediate est ratio entis in sua debita perfectione, quod est illo modo esse perfectum et perfectum constitutivum formaliter rationis boni.

29. Ad tertium dicendum quod nulla est quae non sit perfectiva,

<sup>41</sup> Agustín, *De natura boni*, c. 18. Ed. cit., p. 862; PL 42, 556-557.

<sup>42</sup> Texto de Agustín lee quia.

<sup>43</sup> Texto de Agustín lee sit.

<sup>44</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Δ, c. 16, 1021b17. Ed. cit., fol. 130ra. Ver también el texto de Averroes, fol. 130vb.

<sup>45</sup> Manuscrito lee est.

quia materia se ipsa formaliter pura sua capacitate perficitur, ut sit capax formae, et ipsa perficit compositum in esse materiali et formam infundendo. Similiter forma se ipsa perficitur, ut sic actus perficit <quo>que materiam et compositum. Unde perfectivum non tantum attribuitur principio finali aut effectivo, sed materiali, et formalis, et unicuique rei. Et si hoc vocent communicativum vel communicare, dico tunc quod ratio communicativi aut diffusivi est ratio boni quia pro eodem.

30. Circa secundum est diversus modus dicendi. Quidam enim dicunt quod bonum dicit respectum respectus. Unde declarant tres conclusiones: Prima est quod ens et bonum non convertuntur essentialiter, sed solum denominative; secunda, quod bonum non dicit absolutum; tertia, quod non dicit perfectionem.

31. Primam probant primo sic: Ratio boni est ratio rei positiva distincta a ratione entis. Tunc arquitur: Illa quae essentialiter convertuntur et adaequate non differunt nec re, nec ratione, quia si differerent non essent idem omnibus modis identitatis. Sed bonum differt ab ente ratione reali et non solum ficta per intellectum, cum dicat rationem realem. Ergo ens et bonum non convertuntur essentialiter et adaequate.

32. Secundo, aut ratio boni est praecisa et sola ratio entis, et sic non convertitur cum ente; aut est alia, et tunc, aut de illa non praedicatur ratio entis, et sic est nihil, aut praedicatur convertibiliter, et sic est una ratio, aut non convertibiliter, et tunc ratio entis est non in minus, igitur in plus, et per consequens non convertuntur essentialiter.

33. Tertio, sic quaecumque convertuntur essentialiter praedicantur in quid. Sed illa quae differunt ratione tali non praedicantur in quid, quia plura quid essent unum quid. Ergo cum bonum differat ab ente ratione reali, non convertuntur essentialiter.

34. Conclusionem secundam probant, scilicet, quod ratio boni sit ratio respectus conveniente, primo sic: Bonum et malum sunt privative opposita; ergo idem dicit 'bonum formaliter' quod 'privatum malum formaliter'. Sed malum rationem convenientiae formaliter, unde calor febrilis dicitur malus quia privat convenientiam complexionis. Ergo bonum dicit formaliter respectum convenientiae.

35. Secundo sic: Opposita absoluta non possunt esse simul in eodem quantumcumque ad diversa comparentur, sicut albedo et nigredo, quia absoluta opposita, <66 va> sicut sunt entia secundum se et non per comparationem ad aliud, sic secundum se opponuntur, et non per comparationem ad alia. Sed bonum et malum possunt convenire eidem per comparationem ad diversa, ut calor febrilis est bonum quantitatis in quantum eam perficit communicando sibi suum esse; est tamen malum complexionis; ergo non sunt formaliter absoluta <opposita>.

36. Tertiam conclusionem probant, quod bonum non dicat perfectionem, sic[ut] aut quia vocas perfectionem rem absolutam et rem

relativam secundum quiditatem, et tunc bonum non contrahet ens, item relatio non dicit perfectionem, aut vocas perfectionem praecise absolutam, et hoc non potest esse quia tunc bonum et malum non differuntur de eodem per comparationem ad diversa. Si voces perfectionem relativam convenientiae, sic habetur propositum.

37. Primam conclusionem non intelligo, videlicet, quod ens et bonum non convertantur essentialiter, sic quod bonum reali ratione differat ab ente. Hoc enim est impossibile, nam illud quod de alio praedicatur in quid primo, et per se, est idem realiter cum illo, ut ipsimet assumunt. Sed ens primo et per se praedicatur in quid de omni ratione reali. Illa patet per intentionem Philosophi III *Metaphysicae*<sup>46</sup>, ubi proba[n]t quod ens non est genus quia nihil est de quo, per se, in primo modo, non praedicetur ens. Ergo ens et bonum non differunt ratione reali.

38. Praeterea. De quolibet affirmatio et negatio, scilicet, esse vel non esse, sine omni medio. Igitur illa ratio realis quam dicit bonum est non ens vel ens quiditative. Si ens, habeo propositum, quia tunc non differt bonum, reali ratione, ab ente, cum quiditative de ipso et eius ratione praedicetur. Si dicatur quod illa ratio est quiditative non ens, tunc est quiditative nihil, quod est impossibile.

39. Praeterea. Quando aliquid dividitur in aliqua, quasi genus in suas species, et velut totum universale in suas partes subiectivas, tunc tale praedicatur de eis in quae dividitur et de contentis sub illis, sed secundum se, ut patet V *Metaphysicae*<sup>47</sup>, dividitur in decem praedicationes quasi genus in suas species, ut dicit Avicenna. Unde Commentator, V *Metaphysicae*, commento decimo quarto<sup>48</sup>, dicit: «...quod... ens quod significat essentiam rei... reponitur in quaestionibus generis». Ergo ens quiditative et essentialiter praedicatur de omni ratione tam absoluta quam respectiva.

40. Praeterea. Non minus videntur idem ens et bonum quam ens et unum, quia quantum concludit probatio entis et unius, tantum de ente et bono; nam sicut ens unum una generatione generantur primo, ut arguit Philosophus, IV *Metaphysicae*<sup>49</sup>, sic ens et bonum. Et sicut contra Avicenna arguit Commentator, ibi, si unum dicit rem additam uni <66 vb> ita quod sit unum per unitatem additam, et arguitur processus in infinitum, sic quaeram de ente et bono, per quid est bona, et sic in infinitum. Ergo cum ens non sit aliud quiditative a bono nec ab uno<sup>50</sup>.

41. Unde dico quod convertibilitas aliquorum potest attendi vel quantum ad rationes et conceptus suos formales, vel quantum ad sup-

<sup>46</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, B, c. 3, 998b15. Ed. cit., fol. 48ra-b. Ver también el texto de Averroes, fol. 49ra.

<sup>47</sup> Avicena, *Metaphysica*, III, c. 2. Ver también el texto de Averroes, *In Metaphysicam*, X, s. 1, c. 4, com. 8. Ed. cit., fol. 257rb.

<sup>48</sup> Averroes, *In Metaphysicam*, V, s. 1, c. 7, com. 14. Ed. cit., fol. 117rb-va.

<sup>49</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Γ, c. 2, 1003b24. Ed. cit., fol. 66va.

<sup>50</sup> Averroes, *In Metaphysicam*, IV, s. 1 c. 2, com. 3. Ed. cit., fol. 67va.

posita in quibus reperiuntur. Primo modo sunt convertibilia, et per consequens, secundo, subiectum et propria passio adaequata, puta ratio et conceptus hominis et ratio seu conceptus risibilis, et quia quae convertuntur in suppositis non potest esse convertibilitas primo modo quin sit secundo. Unde sequitur: Est ratio humanitatis, ergo est ratio risibilis, et econverso. Et sequitur: Humanitatis ratio est in isto, ergo ratio risibilis, et econverso. Quaedam autem sunt quae non convertuntur in suis rationibus, quia conceptus communis unius ambit plura quam conceptus alterius, tamen convertuntur in suppositis, quia in nullo supposito potest poni ratio unius quin necessaria ponatur ratio alterius, sicut cum aliquid subiectum habet plura accidentia sine quibus esse non potest, quia ex quo ratio subiecti se ad plura extendit, ratio subiecti talis non convertitur cum ratione unius passionis, sed quia tale subiectum non potest poni sine talibus passionibus. Ideo, in quocumque subiecto reperietur ratio subiecti, reperietur ratio passionis, et econverso. Nunc autem ens convertitur cum bono, non ultimo modo, quia illa non convertuntur secundum suas rationes formale<sup>s</sup>, quorum ratio unius se extendit ad plura. Sed ratio entis non tantum se extendit ad rationem boni, sed etiam ad rationem veri, unius. Et tamen ratio veri non est ratio boni. Ergo ens et bonum non convertuntur secundum suas rationes formales et conceptus. Convertuntur autem ens et bonum secundo modo; nam illa convertuntur tertio modo, quorum unum impossibile est esse in uno supposito in quo non sit aliud, et econverso. Sed in nulla re potest esse ratio entis in qua non sit ratio boni, quia nulla res est quae non habeat suam perfectionem, et econverso, quia de ratione boni est esse; ergo convertuntur in suppositis. Secundum hoc dicit Philosophus, I Ethicorum<sup>51</sup>, quod «bonum est aequaliter enti» quia in suppositis, non tamen secundum rationes. Ideo aliquo modo ratio boni contrahit rationem entis, non quando de illa ratione praedicetur ratio entis, sed quia ratio boni dicit rationem quae non est ratio veri. Ratio tamen entis est de intellectu tam boni quam veri, sed ratio boni addita enti facit ipsum stare praecise <67 ra> pro bono et non pro vero.

42. Rationes non concludunt. Ad primam dicendum quod cum dicitur quod bonum dicit rationem realem positivam, verum est, non tamen distinctam a ratione entis nisi secundum rationem, ut intellectus et voluntas in Deo dicunt rationem realem positivam, non tamen distinctam ab essentia vel a se invicem nisi sola ratione, sicut nec ens et unum. Quando etiam dicitur quod illa quae convertuntur essentialiter non differunt re et ratione, dico quod non est verum loquendo de convertibilitate in suppositis, ut visum est. Et licet sint idem omnibus identitate reali, tamen possunt esse distincta secundum rationem, ut dictum est de ente et uno. Minor etiam propositio est falsa, quia bonum non differt ab ente ratione reali, quia illa esset nihil et non ens; sed differt sola operatione intellectus, quae non est ficta, quia sibi correspondet verum

<sup>51</sup> Aristóteles, *Ethica Nichomachea*, I, c. 6, 1096a23. Ms. cit., fol. 18rb.

fundamentum, quia, eodem modo, arguam<sup>52</sup>: Rationale est ratio realis positiva, et differt ab animali. Ergo rationale differt ab animali ratione reali, et similiter definitio et definitum, quod non est verum. Intelligere in Deo est ratio realis et differt ab intellectu, ut actus a potentia; ergo differt ratione reali: Non sequitur, quia aliud est dicere quod hoc sit reale et aliud quod hoc sit distinctum reale universaliter realiter, nam cum realitate aliquorum stat distinctio, secundum rationem eorum.

43. Ad secundum dicendum quod longe magis arguit contra eos; nam si bonum differt reali ratione ab ente, tunc ratio boni non erit ens et per consequens nihil. Unde dico quod alia est ratio boni a ratione entis, et est in minus, quia ratio entis se extendit ad omnes rationes, non autem boni ratio. Ideo non convertuntur secundum suas rationes, sed convertuntur in suppositis. Nec bonum est ratio entis tantum denominative, sed essentialiter et quiditative, et primo modo per se praedicatur.

44. Ad tertium, patet quod supponit unum falsum: Quod ens non praedicetur in quid de bono, et quod bonum ratione reali differat ab ente, quod non est verum.

45. Secunda etiam conclusio non videtur universaliter vera; nam illud quod est magis limitatum non est ratio formalis minus limitati, quia nihil se extendit ultra suam rationem formalem. Igitur res erit limitata quiditative secundum rationem suam, quam res non minus limitata quam sua ratio formalis, sed formaliter et quiditative. Bonum reputatur in omni re, quia in omni re est perfectio. Ergo ratio determinati generis, puta relatio, non est ratio formalis boni. Et si dicatur quod verum dicit relationem et nihilominus invenitur in omni re, non valet, quia aut loquimur de vero quod est in anima, aut de vero quod est in re. Si de vero quod est in anima, <67 rb> tunc verum non est in omni re, sed praecise actu cognitivo, nec talis veritas est quiditative ipse actus cognoscendi; ideo differt ab eo realiter, ut relatio a suo fundamento. Bonum autem est realiter et quiditative idem cum re bona, ut dictum est. Si autem loquamur de vero quod est in re, talis relatio non est perfectio aut ratio realis, cum sit relatio secundum rationem quae non est determinata generis. Unde non est simile.

46. Praeterea. Illud quod est de per se intellectu alicuius absoluti non est relatio. Illa patet, quia tunc esset absolutum et non esset absolutum, nec esset unum per se absolutum. Sed bonum est de per se intellectu alicuius absoluti; nam, ut visum est, bonum est perfectum debita perfectione, sed de per se intellectu cuiuslibet entis absoluti est bonum; et per consequens ratio boni non est relatio vel respectus.

47. Praeterea. Naturalis inclinatio et appetitus non est universaliter ad respectum, quia, cum respectus non dicat universaliter et simpliciter perfectionem, non est universaliter illud quod terminat appetitum, ut illud in quo universaliter tendit. Sed appetitus omnis tendit universaliter

<sup>52</sup> Manuscrito lee *arguem.*

ter in bonum sub ratione boni formaliter, ita quod ratio formalis boni est ratio appetibilis. Unde non tendo in panem quia panis, sed quia bonum et sub ratione qua bonum. Ergo ratio boni universaliter non est relatio vel respectus.

48. Nec rationes cogunt. Ad primam dicendum quod malum formaliter privat perfectionem quam dat bonum. Unde ipsi dicunt, in secunda ratione, quod calor febrilis est pro tanto bonum quia qualitatem perficit communicando suum esse, scilicet, esse calidum. Haec autem perfectio absoluta, sicut calor, cuius malum est privatio caloris. Igitur non semper boni ratio respectus; et quia rei perfectio est ei conveniens, ideo ex convenienti malum privat convenientiam.

49. Ad secundam dicendum quod aliter est de oppositis sub nominibus convenientibus et transcendentium, quia opposita sub determinatis nominibus et propriis semper quodlibet cuilibet opponitur, ut quaelibet albedo opponitur cuilibet nigredini. Opposita autem sub nominibus transcendentium non sic; nam quodlibet ens cuilibet non enti non opponitur, ut ens homo non opponitur non enti asino, et actus substantialis non opponitur potentiae accidentalis, nec quilibet habitus cuilibet privationi. Et similiter quodlibet bonum non opponitur cuilibet malo, sed malo determinato quod privat perfectionem talis boni. Unde calor est perfectio absoluta perficiens in esse, et ita est bonum absolutum. Nec hoc habet per comparationem ad aliquid vel respectum, secundum quod respectus dicit relationem, quia calor se ipso formaliter perficit. Et hoc bonum opponitur malo quod corruptit hanc<sup>53</sup> perfectionem. Perfectio autem debite complexionis est bonum complexionati secundum se et non per respectum ad aliquid, et privans hanc perfectionem <67 va> est malum secundum se et non per respectum ad aliquid aliud. Unde calor febrilis non est malum quod opponitur bono quod dat, et sic non sunt opposita bonum et malum in calore febrili, quare<sup>54</sup> non oportet per hoc ponere rationem boni respectum, nam forma substantialis per comparationem ad materiam est actus, et per comparationem ad actus<sup>55</sup> est potentia; nec tamen actus formae est respectus.

50. Alii dicunt quod ratio boni est absoluta ut distinguitur contra relationem, quia causa aequivoca non est minoris entitatis quam effetus. Sed bonum est causa actus absoluti, scilicet actus volendi, ut patet III *De Anima*<sup>56</sup>. Ergo ratio boni est absoluta.

51. Item nihil dicit perfectionem simpliciter nisi absolutam, quia relatio non dicit simpliciter perfectionem. Anselmus, *Monologium*, decimo quinto<sup>57</sup>. Bonum autem dicit perfectionem simpliciter, quam melius est esse in quolibet quam non esse, et non solum hoc verum est ratione

<sup>53</sup> Manuscrito lee *hunc*.

<sup>54</sup> Es posible que el manuscrito lea *quam*.

<sup>55</sup> Es posible que el manuscrito lea *accidens*.

<sup>56</sup> Aristóteles, *De anima*, III, c. 10, 433b10. Ed. cit., p. 422.

<sup>57</sup> Anselmo, *Monologion*, c. 14. Ed. cit., pp. 28-29.

fundamenti, sed etiam ratio boni et secundum rationem eius, ut bonum distinguitur ab omni alia ratione. Ergo ipsum bonum est absolutum.

52. Item secundum regulam Augustini, V *De Trinitate*, capitulo octavo et capitulo sexto<sup>58</sup>, quae convenient omnibus personis singulariter et secundum substantiam dicuntur; quae autem secundum substantiam nisi dicantur ex tempore ad se et non ad aliud dicuntur. Ergo bonum ad se et non ad aliud dicitur<sup>59</sup>. Unde Augustinus, VII *De Trinitate*, capitulo <quinto><sup>60</sup>, dicit quod bonum in Deo dicitur ad se.

53. Sed arguo contra eos, sicut ipsi arguunt contra primos. Illud dicendum arguit: Omne genus non est formaliter per aliquid determinatae rationis magis contractae. Sed bonum circuit omne genus. Unde reperitur tam in absolutis quam respectivis, sicut et ratio entis. Ergo non praecise dicit rationem absoluti ut distinguitur contra relationem.

54. Praeterea. Secundum quod ipsi dicunt et bene, ratio boni est ratio perfecti, ut accipiunt ex V *Metaphysicae*<sup>61</sup>, ut nihil sibi desit de his quae nata sunt sibi convenire. Sed constat quod talis ratio perfecti non solum convenient absolutis, sed etiam relationi, ut habeant ea quae secundum naturam suam sibi convenient. Igitur bonum reperitur in relatione. Sed ratio formalis relationis non potest esse absolutum, ut a relatione distinguitur. Ergo ratio boni universaliter non est absolutum, ut a relatione distinguitur.

55. Unde dico quod ratio boni non est relatio, nec absolutum, ut distinguitur contra relationem sed etiam ratio perfectionis et perfectivi absolute volendo absolutum, ut abstrahit a relatione et absoluto. Nam secundum illud habet rationem boni aliquid secundum quod perficit, ut visum est. Sed aliquid perficit tam secundum esse absolutum quam secundum esse relativum. Ideo absolute secundum perficit in esse. Ergo, ratio<sup>62</sup> boni est absoluta, non contracta ad absolutum <67 vb> vel relationem; ita quod sicut ratio entis dicitur absoluta, id est non contracta ad absolutum vel relationem, ut relatio distinguitur contra absolutum, et econverso, sic ratio boni dicitur absoluta.

56. Nec contra hoc rationes procedunt. Ad primam dicendum quod ad causandum effectum absolutum, scilicet actum intelligendi et volendi, non requiritur maior entitas in obiecto, sic videlicet quod intellectum secundum propriam et formalem entitatem habeat maiorem entitatem propriam et formalem quam actus. Constat quod ens in potentia suarum causarum non habet propriam et formalem entitatem actu, et tamen causat actum intelligendi sui et, per consequens, volendi. Universale etiam est causa actus intelligendi realis particularis. Relativum causat actum intelligendi sui. Unde maior propositio non est vera respectu

<sup>58</sup> Agustín, *De Trinitate*, V, cs. 8 y 6. Ed. cit., pp. 216 y 211; PL 42, 917 y 915.

<sup>59</sup> Manuscrito añade reticentemente *ergo bonum ad se et non aliud dicuntur*.

<sup>60</sup> Agustín, *De Trinitate*, VII, c. 5. Ed. cit., p. 260; PL 42, 942.

<sup>61</sup> Aristóteles, *Metaphysica*, Δ, c. 16, 1021b15. Ed. cit., fol. 130rb. Ver también el texto de Averroes, fol. 131ra.

<sup>62</sup> Manuscrito lee *relatio*.

effectus, qui est actus intelligendi, quia volo finem qui non est, puta cras legere, et tamen actus volendi est ens actu. Item ad causandum actum absolutum sufficit absolutum tale, scilicet, non contractum ad absolutum e[st] relationem, ut ens causat actum intelligendi, et similiter bonum volendi.

57. Ad secundum dicendum quod, secundum doctores, illa nomina quae maxime generales perfectiones dicunt maxime convenient Deo, quia tales perfectiones non contracte, limitate, maxime sunt in Deo. Et ex hoc dicunt perfectionem simpliciter; non quia sunt praecise, absolute, non relative, quia asinus diceret perfectionem simpliciter, sed praecise quia absolute, id est, non contracte. Unde esse maxime convenient Deo et dicit perfectionem simpliciter, quia est ratio non contracta. Et secundum hoc bonum dicit perfectionem simpliciter, quia est ratio non contracta. Et de tali absoluto, id est, non contracto, est verum quod dicit perfectionem simpliciter, et quia in Deo non est nisi absolutum. Et relatio in Deo non dicit perfectionem simpliciter sed perfectionem sui generis. Ideo bonum, dicens perfectionem simpliciter, in Deo est absolutum.

58. Ad tertium patet per illud, quia in Deo bonum conveniens tribus personis est absolutum, et esse similiter. Sed esse huius, puta paternitas, quae est perfectio et bonum patris, est relativum. Et si dicatur quod ponis unam bonitatem essentialem et aliam personalem; non debet reputari inconveniens, quia sicut numquam est entitas quin sit bonitas (et ponitur tamen entitas et res absoluta et relativa, sic potest poni bonitas absoluta et relativa. Quia tamen sancti communiter loquuntur de bonitate quae communis est tribus personis, ideo accipiunt semper bonum ad se sicut ad esse. Ad rationes, patet per dicta.

JORGE J. E. GRACIA

